



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale**

**Blois, Louis de**

**Monasterii Campidonensis, 1672**

Sectio Secunda. Conclave animæ fidelis, Partibus quatuor distinctum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)



VENERABILIS PATRIS  
 HLUDOWICI BLOSII  
 CONCLAVE  
 ANIMÆ FIDELIS

PARTIBVS IV. DISTINCTVM

- I. Speculum spirituale.
- II. Monile spirituale.
- III. Corona spiritualis.
- IV. Scriniolum spirituale.

HLVDOWICI BLOSII  
CONCLAVIS  
ANIMÆ FIDELIS  
PARS PRIMA.

SIVE

## SPECULUM SPIRITUALE.

PRÆFATIO.

1.  
Occasio  
conscri-  
bendi  
Speculi.



MAGNA, sed pia importunitate cuiusdam amici victus hunc libellum confeci. Is enim non cessabat efflagitare à me spirituale aliquod Speculum, in quo breviter adnotarem ea quæ ad vitam sanctè instituendam præcipuè conducunt, & diligenter insererem illa quæ peccatori vel imperfecto, sed bonæ voluntatis homini, consolationem veramq, erga Deum spem & fiduciam præstare solent: ita ut ipsum speculum posset usui esse cuilibet Christiano. Ego itaque desiderans amici justissimæ petitioni aliqua ex parte satisfacere, congepsi hæc aliquantulum multa, sicut memoriæ occurrerunt. Et quod feci, ad Dei honorem feci: humiliter submitteus ea quæ collegi & scripsi, iudicio sanctæ matris Ecclesiæ.

2.  
Scribitur  
hominibus  
bonæ  
voluntatis.

Ceterum illi qui, abjecto Dei timore, in peccatis & iniquitatibus suis sponte permanent, nullo modo putare debent ad se pertinere consolationes in hoc libello positas, cum neq, bonâ voluntate præditi, neque veri Christiani sint. Corrigant se, & tunc ad eos pertinebunt ea, quæ de immensa pietate ac misericordiâ Dei dicuntur subscribunturq,. Quod si vitam suam perversam corrigere noluerint, omnino se veritatem divinæ justitiæ sentient, & æterna tormenta in inferno patientur.

SPE

# SPECULI SPIRITUALIS

## CAPUT I.

Unde debeat incipere, qui Deo cupit ex animo servire.

### §. I. Fundamentum vite spiritualis est COGNITIO DEI ET SUI.

1. De Deo igitur reverenter sentiendum, ut timeatur, honoretur, ametur.
2. Et propter ipsius beneplacitum ab omni peccato abstinendum.
3. De seipso, agnosce cur sit in hoc mundo collocatus: nempe ut hinc Deo fideliter servias, & postea ipso fruaris perpetuo in cælis.

### §. II. Dei cognitio habenda est secundum FIDEM VERAM & illibatam.

1. Itaq; perseverandum in fide Orthodoxâ sub obedientia Ecclesie Catholice, ejusq; in terra suprema capitis, Pontificis Romani.
2. Extra hujus Ecclesie communionem nullus poterit salvari, quantumvis aliquis iuste vivere, & pie mori videatur.
3. Milites igitur moriendum potius, quam ab hac Ecclesia fide verbo vel signo in ulla re discedendum.
4. Nihil prorsus consortij cum diabolo, magni aut fortilegi habendum.

### §. III. A seipso exige primò & præ omnibus INNOCENTIAM VITÆ.

1. Etenim illi studendum sedulo, quia nihil inquinatum intrabit in cælum.
2. Ad eam necessaria est conscientia mundatio per contritionem, & confessionem Sacramentalem.
3. Qua pura & integra debet esse de omnibus peccatis mortalibus;
4. Non sit autem scrupulosa, vel anxiosa;
5. Nec opus est in ea omnia venialia detegere.
6. Ea semel peccata, completaq; satisfactione, de reliquo serenanda est conscientia.

### §. IV. Accedat etiam SPES HUMILIS & magnanima.

1. Pia enim in Deum fiducia ipsius bonitatem glorificat;
2. Sicut contra, nimia distantia inhonorat.

3. Non tamen hinc ad griseum presumptionis prolabendum est:

4. Nam inter desperationem & presumptionem media incedit humilis fiducia, ad quam nos dulciter animas sacra Scriptura.

### §. I. COGNITIO DEI ET SUI.

**A**MICE charissime, moneo, horror, & rogo te, ut timeas, honores, atq; diligas Dominum DEUM tuum, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, unum in substantia, trinum in personis. Ipse enim est omnipotens, immensus, æternus, cellissimus, incommutabilis, incomprehensibilis, summè justus, summè sanctus, summè sapiens, summè bonus, summè suavissimus. Ipse fecit è nihilo cælum & terram, & omnia quæ cælo terraque continentur. Ipse omnes mortalium omnium non solum actiones, sed etiam cogitationes atque affectiones videt, perfecteque perspectas habet: cognoscit omnia præterita, præsentia, & futura. Hominum amantissimus est, & in hac vita unicuique benefacere non cessat. Unde meritò illi timor, honor, & amor exhibendus est.

Cave sedulo, ne peccando injuriam ei irroges. Etiam si consentiendo alicui peccato, posses te ipsum & plurimos alios à morte eripere, nullo tamen modo deberes peccato consentire: neque enim licet facere mala, ut eveniât bona; & nimis absurdum foret,

F f

pro

1.  
De Deo  
sentiendum  
in  
bonitate  
cum timore,  
honore,  
amore.

2.  
Ejusque  
gratia  
peccatū  
abstinetur.

Rom. 1.

SPYCU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

pro utilitate creaturarum (quæ comparatæ Deo, quasi nihil sunt) scienter ac deliberatâ voluntate offendere Creatorem, qui est bonum infinitum. Sanctus Dei timor hominem incessanter commonefacit, ut à peccatis absteat, ac *sobriè, iustè & piè vivat in hoc seculo.*

3.  
Cogites  
homo se  
& finem  
suum, ob  
quem à  
Deo con-  
ditus est.

Cogita seriò, te ad hoc à Deo creatum esse, animamque ratione præditam & immortalem accepisse, ut hic Deo obedias, eumque ames; & ei obediendo, beneque vivendo, tandem illum in cælo clarè videas, atque ipso fruaris in æternum. Si enim diligenter à malo declinaveris, & bonum feceris, si Deum fideliter colens, in pietate vitam hanc finieris; feliciter pervenies ad cælestem beatitudinem per passionem & merita Jesu Christi.

### §. II. VERA FIDES.

1.  
Sub Ec-  
clesia Ca-  
tholica  
obedien-  
tia.

Retine firmiter Orthodoxam fidem, credens sine aliqua hæsitacione omnia quæ canonicæ & sanctæ Scripturæ ab Ecclesiæ receptæ complectuntur, & quæ Spiritus sanctus credenda nobis revelat pronuntiatque per Ecclesiam. Ipsi Catholicæ Ecclesiæ humiliter obtempera, etiamsi non nullos pastores in ea non rectè vivere conspicias. Nam Dominus Jesus in Evangelio loquens de pastoribus malè quidem viventibus, sed bona docentibus atque præcipientibus, ait: *Quicumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera verò eorum*

Matth.  
23.

*nolite facere. Qui contemnit Ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum, contemnit & caput Ecclesiæ, videlicet Christum: què admodum ipse verbis suis aperitissimè ostendit, dicens: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Huic universali & Apostolicæ Ecclesiæ, quam S. Paulus columnam firmamentumque veritatis appellat, summus Pontifex beati Petri Successor præest in terris ex ordinatione Domini.

Extra hanc Ecclesiam, quæ unica est, extra hanc arcam Noë, nullus omnino salvatur. Licet verò in ea sint non solum boni, sed & plurimi mali, qui graves abusus graviaque peccata impudenter committunt: (ipsa enim est arca continens hic non tantum solida grana, verum etiam steriles levesque paleas cum granis,) manet tamen veritas in illa. Nam Spiritus sanctus fideles ibi docet, illuminat ac regit: eidemque Ecclesiæ donat veram divinarum Scripturarum intelligentiam. Itaque certissimum est, eos omnes, qui opinionem aliquam Romanæ Catholicæque Ecclesiæ contrarium tenent, & defendunt, atque ita sese ab illius unitate separant; si pertinaces in hæresi aut schismate vitam finierint, æterna supplicia in inferno luituros, quamlibet iustè alioqui hic vivere videantur. Planè, hæretici atque schismatici, etiamsi modesti, benigni, sobrii & casti admodum appareant; etiamsi largiffi-

mas

Est bñ  
moralis  
ser alio  
quis ve  
vat.

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LIS

mas eleëmofynas pauperibus tri-  
buant; etiamfi affiduè Deum o-  
rent, & in precibus suis compun-  
cti multas lacrymas fundant; e-  
tiamfi vitam maximè rigidam  
ducant, & mira opera patrent;  
etiamfi corpora sua morti prom-  
ptè intrepideque obijciant: quia  
tamen superbi sunt, & Scripturas  
sacras falsis expositionibus per-  
vertunt, unicitatemque Ecclesiæ  
scindunt, veram charitatem ha-  
bere non possunt. Deus eos abo-  
minatur, & à regno suo tamquam  
gravissimos hostes repellit: nec  
umquam ipsi salutem consequen-  
tur, nisi humiles obedientisque  
facti, subsiciant se matri Eccle-  
siæ, ac pravas opiniones suas de-  
ponant. Perstite igitur ( ut di-  
ctum est ) in recta, Christiana &  
vera fide; credens absque simula-  
tione quod Catholica credit Ec-  
clesia, & exercens quod illa piè  
exercet.

3.  
In hac, et  
go Eccle-  
sia fide  
perseve-  
randum  
& mori-  
endum.

Mar. 5.

Luc. 22

Si in eam veneris necessitatem,  
ut vel ipsam Orthodoxam fidem  
negare, vel tormenta subire, mor-  
temque oppetere cogaris: tu po-  
tius millies ( si fieri posset ) more-  
re, quàm ut aliquod impiæ abne-  
gationis verbum aut signum e-  
das. Nam si fidem sive Christum  
negaveris, negabit & Christus te  
coram Patre suo; nisi peniten-  
tiam agens respueris, sicut respu-  
it sanctus Petrus, qui post trinā  
negationem flevit amarè. Quod  
si pro recta fide & veritate humi-  
liter mortem pertuleris, beatus e-  
ris. Tales Dominus Jesus in E-

vangelio securos facit, dum di-  
cit: *Nolite timere eos qui occidunt* Matt. 10.  
*corpus, animam autem non possunt*  
*occidere.* Itemque: *Capillus de ca-* Luc. 21.  
*pste vestro non peribit: in patientia*  
*vestra possidebitis animas vestras.*  
Et rursum: *Qui perdidit, inquit,* Matt. 10.  
*animam suam propter me, inveniet*  
*eam.*

Superstitiosas observationes, 4.  
omnemque usum magicæ vel di- Supersti-  
vinatoriæ artis execrare. Num- tiones &  
quam remedium aut consilium a- omnia  
liquod à fortilegis maleficisque fortilegia  
petas: sed semper refuge ad Do- ac male-  
minum Deum tuum, & ipem tuā ficia fu-  
in eo colloca, ei que innicere. Au- gienda.  
di ipsum in Deuteronomio di-  
centem populo suo: *Non invenia-* Deut. 18  
*tur in te qui ariolos sciscitetur, nec*  
*sit maleficus, nec incantator, nec qui*  
*pythones consulat, nec divinos: om-*  
*nia enim hec abominatur Dominus.*  
*Gentes, augures & divinos audiunt:*  
*tu autem à Domino Deo tuo aliter*  
*institutus es.* Hæc ibi. Profectò qui à  
talibus remedium vel consilium  
petit, is ad diabolum, Deo dere-  
lictò, se confert.

§. III. INNOCENTIA VITÆ.

Vita diligenter omnem ini-  
quitatem, audiens attenta mente  
Paulum Apostolum, qui seridè ad-  
modum & cum magno verbo-  
rum pondere ait: *An nescitis, quia*  
*iniqui regnum Dei non possidebunt?*  
*Nate errare: neque fornicari, ne-*  
*que idolis servientes, neque adulte-*  
*ri, neque molles, neque masculorum*  
*concupitores, neque fures, neque a-*  
*vare, neque ebriosi, neque maledici,*

I. I  
1. Cor. 6  
Postulat  
omnino-  
dam pu-  
ritatem,  
cum nihil  
impurum  
in celum  
admitta-  
tur.



SPREU-  
LUM SPI  
RITUA-  
II.  
Gal. 5.

neque rapaces, regnum Dei posside-  
bunt. Et iterum, *Manifesta sunt*,  
inquit, opera carnis, quae sunt, for-  
nicatio, immunditia, impudicitia,  
luxuria, idolorum seruitus, venesi-  
cia, inimicitia, contentiones, amu-  
lationes, ira, rixa, dissensiones, secta,  
invidia, homicidia, ebrietates, co-  
messationes, & his similia: quae, pra-  
dico vobis, sicut prae dixi, quoniam  
qui talia agunt, regnum Dei non  
consequentur. Hucusque verba  
Pauli. Omnino damnabuntur

Math. 3.  
& 25.

qui talia agunt, nisi per veram  
poenitentiam atque emendatio-  
nem Deo reconcilientur. In tre-  
mendo iudicio, quando per muni-  
dabitur area Dominica, & paleae  
à tritico separabuntur, Christus  
eis dicitur, *Ite maledicti in ig-  
nem aeternum. Tu horum verbo-  
rum memor sis.*

2. Jam ut puritatem conscientiae  
adipiscaris, intusque illumineris,  
revoca ad memoriam quemad-  
modum offenderis Deum, teque  
neglexeris, in verbis, actibus, de-  
sideriis, cogitationibus, tui im-  
mortificatione, affectusque im-  
puritate, & in illis omnibus, quae  
iniquè vel inordinatè admittun-  
tur, quaeque à sancta charitate  
dissentiant, & gratissimae Dei vo-  
luntati repugnant. \* Explora  
te ipsum, & discute quantum me-  
minisse potes: acti ipsi displi-  
cens, vociferare in corde tuo cum  
Publicano, dicito: *Deus propitius  
esto mihi peccatori. Peccavi Domi-  
ne, peccavi: miserere mei. Tanti-  
us est numerus & tam multiplex va-*

\* Obser-  
vandi  
sunt hic  
ad uti-  
lem pra-  
xim, va-  
rii actus  
vera &  
pecca-  
torum de-  
lectiva  
contri-

est numerus & tam multiplex va-

rietas culparum mearum, ut tibi soli  
Deo meo perfectè cognita sint. *Igno-  
sce mihi. Ablue faciem ani-  
mae meae à cunctis sordibus, & ex-  
orna eam gratia tua, donans mi-  
hi bonam voluntatem.* Ad hunc  
modum attende & judica te ip-  
sum: ad hunc modum ingemisce  
coram Patre tuo caelesti, cui pro-  
prium est misereri semper & par-  
cere. Doleas purè ad gloriam Dei:  
& iniquitates tuae idèd potissimè  
tibi displiceant, quòd eas Deo di-  
splicere, honoriq; & beneplaci-  
to ejus contrarias esse intelligis.  
Magis pondera insuriam quam  
Deo intulisti, quàm poenas quae  
commeruisti.

Deinde humiliter, integrè, sin-  
cerè, nude, apertè, paucisque ver-  
bis confitere ipsa peccata tua etià  
coram idoneo Sacerdote, vices ac  
locum Dei obtinente, qui aucto-  
ritatem habeat te absolvendi. Si  
libet confiteri cunctas graves cul-  
pas atque offensas quas te ab in-  
fanta admisisse meministi; \* ubi  
semel hoc egeris, satis est, & aeter-  
nae Dei veritati sufficit: licet non  
nulli pii inveniantur, qui plus  
quàm semel id faciant. Omnino  
expedit, ut quia quotidie offen-  
dis ac maculas contrahis, crebrò  
etiam te ipsum coram Sacerdote  
expurges.

Sed rejice superfluos atque in-  
anes scrupulos: hi enim illumi-  
nationem internam prohibent, &  
conscientiam, quam fide, spe &  
charitate ornatam esse oportet,  
formidine, anxietate, privatoque  
amore

SPERU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

amore deveniunt. Si post Confessionem ut oportet perfectam, remorsus adhuc remanent, patienter cum humili resignatione ferendi sunt; & propter illos confessio huiusmodi leviter iteranda non est.

5.  
Veniales  
culpa nō  
omnes  
necessariō  
confiten-  
da.

Itaque non eris nimis anxius, neque perturbaberis, si forte non omnes veniales culpas in confessione expressisti; t̄ nam tales generaliter exposuisse satis est, cum mortalia dumtaxat peccata, & ea de quibus dubium est utrum mortalia sint, expressè ac distinctè ex præcepto atque necessitate confiteri coram Sacerdote obligemur. At, coram Deo ipsas veniales culpas seridè confiteri debemus, quæ multis modis delentur: puta contritione, Dominicæ Orationis prolatione, gravamine aliquo propter Deum perlato, Aquæ benedictæ asperione, genuflexione, gemitu, rursione pectoris, &c. \* si talia piè & religiose fiant. Utile tamen animæ & Deo gratum est, ut homo accuratè etiam leuiorens offensas coram Sacerdote confiteatur atque exprimat: sed (sicut diximus) inanes scrupuli rejiciendi sunt.

\* Ita clare docet D. Thomas 1. 2. q. 87. art. 3. ex S. Aug. 1. de Medicina penitentia, cap. 2.

6.  
Veraciter  
confessione  
ferenda  
est conscientia.

Sanè cum te peccasse jam pœnitreat, & doleas quod umquam Deum offenderis, proponasque deinceps illi servire, & eum amare.

+ Hanc communem & veram de venialibus peccatis, quod sint sufficiens sed non necessaria materia Sacramenti Confessionis, doctrinam cum Doctoribus Theologiæ ac Casuum Conscientiæ tenet & approbat Synodus Tridentina sess. 14 cap. 4.

re, atque delicta tua ritè confessus sis: bono animo esse, pacemque cordis habere debes. Fac igitur & explè diligenter id quod tibi à Sacerdote fuit injunctum: ac confessionis virtuti divinæque promissioni fidem adhibe. Crede Domino, qui Sacerdotibus confessiones legitimè recipientibus, dicit: *Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo.*

Mat. 18.

§. IV. SPES MAGNANIMA.

Spera in Dei benignitate ac misericordia. Jam enim, quia te ipsum congrua contritione, confessione, & satisfactione expurgasti, Deo reconciliatus es, etiam si tu solus omnes omnium hominum iniquitates & transgressionis perpetrasses. Ipse jam te, recepit in gratiam, & peccata præterita quæ condonavit, posthac tibi nec imputare, nec improperare vult. Ita ea texit, ita delet, (si vera, sancta ac divina fuit pœnitentia tua,) quasi numquam admissa fuissent. Sed oportet te deinceps in bona piaque vita persistere, & quando ex infirmitate laberis, mox resurgere. Deus tuus liberalissimus Rex est, omnia debita tua, quantumcumque magna sint, libentissimè remittit: omnipotens medicus est, omnem morbum, quantumlibet gravem & inauditum, dicto citius in anima tua curat. Exemplo tibi sunt David Rex, Maria Magdalena, latro in cruce, & alii innumeri. Ita enim facile Deo est plurimis mortalibus culpis veniam dare, sicut

17  
Humilis  
fiducia  
peccatoris  
penitentis  
titulus  
est  
peccatoris,  
& gratia  
est  
Deo.

2. Rego  
12.  
Luc. 7.  
Luc. 23.



SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE

vni. Et gratum illi valdè est, ut sic de eo sentias, utque dicas humiliter: *Domine Jesu, ego confido de immensa bonitate tua, quod me nunquam perire fines, quem creasti ad imaginem & similitudinem suam, ingentiq; labore redemisti.* Licet multa nimis sint peccata tua, collata tamen infinitæ Dei misericordiæ, quid sunt?

2.  
Ansid-  
rum ad-  
versus  
diffiden-  
tiam &  
peccatori  
pernicio-  
sam &  
Deo in-  
gratam.

Nonnulli nimis modicæ fidei homines propter mala quæ commiserunt, vel propter diras tentationes quibus satanas eos diverberat, de spe salutis suæ decidunt: putantes, conscientias suas ita obligatas & irretitas esse, ut Deus eis subvenire aut nolit, aut nequeat. Implacabili metu mirè agitantur, & omnia quæ faciunt, Deo displicere, seque jam perditos ac damnatos esse credunt. Error iste grandis ac permolestus est, cui qui consentit, Deum maxime inhonorat. Vult & potest Deus cuilibet homini verè contrito ignoscere, eumque ab omni salutis impedimento (qualecumque etiam illud sit) eripere ac liberare. Nisi peccatori converso veniam dare vellet, non ejus conversionem tam patienter expectasset, nec ei contritionem bonamque voluntatem dedisset, sed eum peccantem æterna damnatione punivisset, juxta iniquitatum commissarum exigentiam. Permittit quidem nonnumquam, ut fideles servi atque electi amici sui desperatione vel aliis horrendis planeque infernalibus tentationibus pulsentur ac longo di-

vexentur tempore: sed hoc ex ingenti erga eos amore facit, protegens interim illos ac sustentans ne deficiant.

Multi tamen malè attendentes magnitudinem misericordiæ Dei, perdunt animas suas, dum non corrigunt iniquam vitam suam, sed dicunt, si non lingua, saltem factis: *Quare non faceremus quod volumus: nam quando cumq; conuertemur ad Deum, ignoscet nobis Deus, & remittet omnia peccata nostra.* Sed heu! tales & longam vitam & veram poenitentiam sibi promittentes sæpè justo judicio DEI neutram obtinent, & in peccatis suis moriuntur.

Quinam autem fieri potest, ut is qui sese corrigere paratus est, desperet de benignissima Dei pietate? Deus enim per Prophetam suum dicit: *Cum averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit judicium, & justitiam, ipse animam suam vivificabit. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitia sua, quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meæ est mors impij, & non ut convertatur à viis suis, & vivat? Rursum ait: Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Et iterum ita loquitur: Numquid mihi difficile erit omne verbum? Itemque ait: *Delevi ut nubem iniquita-**

SPECULUM SPIRITUALIUM. Ibidem. 1. *tes tuas, & quasi nebulam peccata tua. Ac rursum, Lavamini, inquit, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis*

*meis: quiescite agere perversè, dissite benefacere. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. His & compluribus aliis similibus sententiis Deus, qui neminem perire cupit, te in Scripturis sanctis consolatur, ut clementissimæ bonitati ipsius confidas. Confide igitur, ô homo bonæ voluntatis, confide in misericordia Dei tui, etiamsi mox post correctionem vitam inchoatam ex hoc mundo emigrare debeas. Sicut enim Evangelium testatur, illi quoque denarium beatitudinis æternæ accipiunt, qui unicâ tantum horâ laboraverunt in vinea; id est, qui justè & piè modico admodum tempore vixerunt: & beati pronuntiantur à Domino etiam hi, qui in tertia vigilia, hoc est in senectute, parati inveniuntur. Si verò non statim postea quàm ad Deum conversus & reversus es, evocaris ex hac vita, constanter persevera in sancto proposito, & timore Domini.*

CAPUT II.

*Virtutes quadam, quibus se perpetuò exercere debeat homo Christianus.*

§. I. PATIENTIA.

*1. Deu in itinere conversionis delictis tranquilla paci condire solet, sed afflictionibus probat proficiens & provocat.*

*2. Patienter itaque & lasanter crux à DEO imposita toleranda est.*

*3. De manu enim ejus nihil provenire potest, nisi in utilitatem nostram.*

§. II. RESIGNATIO.

*1. Humilia te, & omnino nihil te esse ex animo agnosce.*

*2. Proprii sensus obstinationem, & omnem pertinacem contentionem fuge.*

*3. Te ipsum, omniaq; judicia ac desideria sua plene in Dei voluntatem resigna.*

§. III. OBEDIENTIA.

*1. Ejus meritum immansum.*

*2. Inobedientia secreta exemplum.*

*3. Reprehensiones tibi illatas suaviter perfer.*

§. IV. FUGA VANÆ GLORIÆ.

*1. Non cupias hominibus placere, sed soli Deo.*

*2. Vilibus propter Christum contentus esto.*

*3. In itinere tentationu vana gloria statim acriter repugna.*

*4. Humilitas virtus celisum, philantia propria diabolorum.*

§. I. PATIENTIA.

**E**T ut omni reliquo vitæ tuæ tempore pœnitentiam DEO gratissimam agas, tolera miti ac mansueto corde adversa & incommoda omnia quæ tibi ejus permisso eveniunt, atque à creaturis inferuntur. Solet Dominus hominem ad se conversum in initio quidem multis consolationibus exhilarare, offerens ei pœnè assiduè lac spirituale & candidum panem gratiæ: sed postea, subtractâ hâc suavissimâ escâ, cibum solidum ac panem atrum illi porrigit, jamque eum per viam admodum inamœnam, difficilem & tenebrosam ducit, exercetque illum tribulationibus diuturnis atq; angustiis ineffabilibus; aded ut hujusmodi homo videatur sibi prorsus à Domino derelictus abjectusque, & quodammodo satanæ traditus. Interim etiam gravi-

*1. In itinere conversionis delictis, progressum subinde amaritudinibus condire solet Deus.*

Matth. 20.

Luc. 12.

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

vissimè affligitur à vitiis in se ex-  
urgentibus, atque ab hominibus  
se persequentibus.

2.  
Ergo pa-  
tienter  
& prom-  
pte crux  
imposita  
perfera-  
tur.

Si tibi istud acciderit, vide ut  
strenuè ac sapienter te geras; fir-  
miter confidens in Deo tuo, qui  
ex vero amore ita te flagellat sive  
flagellari sinit. Non excutias ab  
humeris tuis crucem quam ille  
imponit: nam ea tibi omnino sa-  
lutaris est, & longè utilior, quàm  
magna spiritualis dulcedinis ab-  
undantia. Cùm Dominus tuus  
fit peritissimus medicus, urit,  
secat, amarasque potiones tibi  
offert, ut te sanet. Hoc sciens, su-  
stine patienter quidquid te gra-  
vat: perfer omnem afflictionem  
ob honorem amoremque Dei, in  
remissionem peccatorum tuorū.

3.  
De manu  
Dei om-  
nia acci-  
piantur,  
à qua nil  
nobis nisi  
bonum  
confertur.

Numquam murmures adver-  
sus Deum, neque opera judicij  
ve ejus reprehendas, licet enim  
hæc occulta & incognita atque  
etiam incòprehensibilia tibi sint,  
semper tamen justa ordinatissima-  
que sunt. Non putes quidquam  
fortuito & absque Dei providen-  
tia accidere in mundo: sed in om-  
nibus sapienter attende divinam  
dispositionem, sine qua nec un-  
um quidem folium de arbore  
decidit. Deus qui creavit omnia,  
gubernat etiam & regit omnia, à  
supremo spiritu Angelico usque  
ad infimum terre vermiculū. Hoc  
si indubitanter credideris, facilius  
poteris æquo imperturbatoque  
esse animo inter varios casus vi-  
tæ præsentis.

### §. II. RESIGNATIO.

Sis, oro, bonæ resignatæque  
voluntatis, & verè humilis. Nū-  
quam te aliquid esse existimes: sed  
mane jugiter in oculis tuis & in  
intellectu tuo parvulus ac nihil.  
Non magni facias bona quæ agis,  
sciens ea plena esse defectibus: a-  
liorum verò bona opera magni-  
pende, & illa tuis bonis operi-  
bus præfer. Non tibi vanè pla-  
ceas de aliquo Dei dono: qui e-  
nim cõsentit vanæ superbia com-  
placentiæ, faciem animæ suæ fo-  
dissimâ deturpat maculâ.

Duritiam & obstinationem  
proprii sensus sedulo fuge: nam  
ea gratiam Dei profectumque spi-  
ritualem maximè impedit. De-  
vota itidem indecentes verborum  
contentiones: malens victus vi-  
deri, quàm virtutem sanctæ hu-  
militatis amittere. Etiam si pro  
fidei & veritatis defensione co-  
garis quidpiam constantius asse-  
rere: non tamen superbè te geras,  
nec sis turbulentior aut concita-  
tior quàm oportet.

In rebus dubiis voluntatem  
Dei ab aliquo Deum timente sub-  
missa mente require, & Deus te  
diriget atque proteget. Disce  
promptè deserere iudicium tuū,  
voluntatem tuam & desideria tua,  
propter Deum. Cùm difficile sit  
certo semper scire, quænam de-  
sideria sint à Deo, homo etiam in  
illis quæ se rectè desiderare putat,  
resignatus esse debet ac Deo di-  
cere: *Domine, fiat non quod ego  
volo,*

*SPERCU- volo, sed quod tu vis, & quod hono-  
LUM SPI- ri tuomagis congruit.*

§. III. OBEDIENTIA.

*Quanti sit meriti obedientia.*  
1. Paratus sis semper ad obediendum: quia minimum opus ex vera obedientia factum magis Deo placet, quam grande opus ex propria voluntate peractum. † Melius enim est ex simplici obedientia quicquid colligere, quam ex propria voluntate sublimi rerum cælestium contemplationi operam dare; & plus divini favoris obtinet, qui ex pura obedientia sobriè continenterque ad laudem Dei manducat, quam qui rigidissimam abstinenciam ex propria voluntate amplectitur. Aded scilicet gratum Deo sacrificium est, propriæ voluntatis, proprii sensus, & propriæ quæstionis abnegatio. Obedientia humilitatis prima filia, reddit hominem aptum ad quamlibet gratiam suscipiendam, atque ad cælum via tutissima est.

*Inobedientia exemplum formidandum.*  
2. Qui obedire non vult in his in quibus obedire debet, & audax, ferox, atque contumax est in Prepositos suos, is inimicissimus Deo est. Quædam eximie sanctitatis Virgo, videns in spiritu animam cujusdam Monachi pœnis purgatoriis graviter torqueri, qui

† Asceticos de obedientie meritum magnitudine Magistros citat S. P. Ignatius Soc. Iesu parens ac fundator, in aurea sua de obedientie dotibus ac meritis Epistola. De quo videndus est R. P. Ferr. Ribaden. libro Vitæ S. P. Ignatii 5. c. 4. & qui Theologicè disputant Scholastici Doctores apud D. Thomam 2. 2. qu. 104. art. 2. & 3. & 3. parte q. 47. art. 2.

tamen satis probè vixisse putabatur, interrogavit Deum, quam ob causam illa anima non esset in cælo. Cui Dominus in hunc modum respondit: *Iste Monachus voluntati Abbatis & Prepositi sui in omnibus bonis humiliter consentire atque obtemperare noluit: displicuit enim ei quidquid Abbas faceret, existimans se sapienterem illo esse, & melius qualibet posse agere.*

Quando reprehenderis, suscipe benigno tranquilloque animo reprehensionem, & culpam tuam libenter agnosce. Si necesse est ut te excuses, breviter, modestè, & humiliter hoc facito.

3. *Quid agendum in reprehensionibus.*

§. IV. VANÆ GLORIÆ FUGA.

Non appetas esse admirationi, haberi que in honore apud homines. Et licet aliqua bona agas coram hominibus, non tamen idèd illa agas ut videaris, & glorificeris, vel sanctus credaris ab hominibus, sed ut homines Deum glorificent, beneque ædificentur ad laudem Dei. Mox ubi appetitionem vanæ gloriæ in te exoriri advertis, corrige illam: & omni impuritate rejectâ neglectâque, quære & specta Deum ejusque honorem. Optatius tibi sit contemni quam laudari, & subesse quam præesse.

1. *Non haberi, sed Deo placendum.*

Non gravatè exequaris etiam infima & abiecta servitia amore cælestis Regis Jesu Christi, qui se ultra omnem modum humiliavit propter te. Submittete infra omnes homines: & in quieta valle

2. *Gaude vilioribus exercitiis amore Christi.*

G g humi-

SPERCU-  
LUM SPI-  
RITUALI-  
LE.

humilitatis tamquam in rutissi-  
mo loco commorare. Puta te esse  
veluti vilem quemdam & rejecta-  
neum panniculum, quem quilibet  
liberè conculcare & premere  
possit.

3. Si in verbis, gestibus, moribus  
& actibus tuis propensum te sen-  
tis ad placendum alicui homini  
mortali, ita ut Deum sive Dei  
honorem purè non quæras: hoc  
statim in te damna & execrare  
ceu superbiæ fundum impurissi-  
mum, ac pravam intentionem  
depone. Quidquid vanitatis, ja-  
stantiæ & elationis in te vivere  
deprehendis, instanter mortifica.

4. Memineris Dom̃num nostrū  
Jesum Christum, & beatos spiri-  
tus Angelicos, omnesque cæli ci-  
ves esse humiles, ac superbiam su-  
perbiam detestari: cacodæmones  
contra superbos esse, & humili-  
tatem odio prosequi. Tu te illis  
adjunge, ab istis separa. Persua-  
sissimum habe, fieri non posse ut  
Deo vivas, nisi humilis & resig-  
natus esse, ac vitiis inordinatis-  
que naturæ tuæ propensionibus  
emori coneris. \* Tantū in te  
crescet verus amor Dei, quantum  
minuetur perniciosus amor tui,  
quo teipsum impurè quæris, & ad  
teipsum reflecteris.

\* *Φι.*  
*λαυρία*  
est ini-  
mica a-  
moris  
Dei.

Humili-  
tas An-  
gelorum,  
superbia  
diabolo-  
num pro-  
pria.

3. *Orienti*  
*vana glo-*  
*ria sta-*  
*im repu-*  
*nanā.*

Quomodo se spiritualis homo gerere  
erga proximum, & qua officia  
prestare ei debeat.

§. I. AFFECTVS INTERIOR.

1. Omnes ex animo reverè dilige.  
2. Quia omnes sunt excellentes imagines Dei.  
3. Etiam illi, qui corpore deformi sunt ac de-  
spicabili: nam anima sancta pulchritudo ineffa-  
bilis est.

4. Quare vir bonus, licet deformis, pulchrior  
est peccatore formosissimo.

§. II. GESTVS ET FACIES EXTE-  
RIOR.

1. Ne sis erga alios vultu retrico vel amaro-  
lento.

2. Ideoq; virtutem mansuetudinē à DEO in-  
stanter postula.

§. III. BENEFICENTIA.

1. Omnibus quidem benefaciendum, maxime  
verò inimicis,

2. Aeternis, indigentibus, & afflictis per-  
sonis.

3. Etiam animabus in Purgatorio diligenter  
subveniendum.

§. IV. BENEVOLENTIA.

1. Bene optandum omnibus.

2. Cito reconciliare proximo offenso: & offensa  
inter alios exortae studiose compone.

3. Neminem sperne: nec de ullius emendatione  
despera.

§. V. COMPASSIO.

1. Peccantibus compatiendum propter diaboli  
astum, nostramq; fragilitatem.

2. Nam ad te etiam pertinet cura de salute  
proximi tui:

3. Quare debes ei in loco & tempore correptionem  
fraternam ex zelo DEI, & sine felle ira-  
cundie,

4. Semperte tuosq; defectus respiciens.

§. VI. IUDICIUM DE ALIIS.

1. Non facile malum de proximo suspicaris.

2. Neque sollicitè cures ea, quæ ad te nihil at-  
tinent.

3. Noli querulus esse, nec haberi.

§. I. AFFECTUS IN-  
TERNUS.

CHRISTUS Dominus ait in Ev-  
angelio: Hoc est præceptum  
meum, ut diligatis invicem, sicut  
di-



secu-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.  
Ibid. 13.

dilexistis. Et rursus: *In hoc cognoscant omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Tuigitur omnes homines, etiam inimicos & adversantes, sinceram charitate dilige, tamquam fratres vel sorores, eundem Patrem caelestem, eundem Creatorem & Redemptorem tecum habentes.

2.  
Tamquam  
imagines  
Dei.

Expende apud te, quam illi praestantes sint creaturae, utpote nobilissimam Dei imagine secundum animam insignitae, & aeternae beatitudinis capaces: atque haec consideratio te incitet, ut eos amore & honore prosequaris. Deus enim solos Angelicos spiritus & homines ad imaginem similitudinemque suam fecit, dans eis rationem & intellectum: quam quidem admiranda dignitate, ipsi ceteras creaturas omnes longe antecellunt.

3.  
Corpus  
deforme  
animam  
sape habet  
pulcherrimam;  
ideo a di-  
visione  
non ex-  
cludatur  
\* Haec  
citata  
videbis  
apud tu-  
docum  
Lorichii  
um de  
Cura  
corpore  
ris, cap.  
2.

\* Quando vides hominem deformem vel morbidum, non ob hanc deformitatem eum minus diligas, nec in consideratione corruptibilis mortalisque carnis sistas, sed ad considerandam immortalis animae pulchritudinem te transferas. Tanta enim est elegantia & formositas animae rationalis, quam peccatorum sordes non deturpant, ut si tu eam clarius cernere posses, vix scires praer admiratione & gaudio ubinam esses.

4.  
Deformis  
& bonus.

Vera pulchritudo est spiritualis, & mentis oculo conspicitur. Homo facie teter, sed iustus, omnino praerferri debet homini qui

carne quidem formosus, sed vita & conversatione iniquus est: revera enim ille isto pulchrior est. Ceterum corpus hominis iustum quod modò deforme vel etiam aspectu horrendum est, resurget aliquando pulcherrimum atque gloriosum. Ergo dilige quemlibet hominem veram charitate, sicut praecipit Deus.

nequam  
formoso  
est longe  
amabili-  
rior.

§. II. GESTUS.

Non praer te feras coram aliis vultum nimis severum, nec torvo aut amaro sis animo: sed transformatus in affectum bonitatis, praerbe te singulis quibusque dulcem corde, benevolum, favorabilem ac paratum. Quod si ira & indignatione citò permoveris exasperarisque, aut sentis te amarulentum adversus aliquem, non consentias huiusmodi vitio, sed reprime, mitiga & extingue illud quantum potes, dolens quod cor tuum adhuc sit tam acerbum.

1.  
Ne sis er-  
ga alios  
torvus,  
nec vul-  
tuosus.

Humilia te ipsum, & Dei auxilium implora. Ubi is abundanter infuderit in te charitatis dulcorum, non jam ita amarulentus eris. Plerumque permittit Deus, ut etiam electi amici sui proniores sint ad iram, quod seipsum penitus cognoscant, atque in humilitate melius contineant.

2.  
Pete a  
Deo man-  
suetudinem.

§. III. BENEFICENTIA.

Adsis promptam voluntate his qui tua opera indigent. Atque illis potissimum qui te oderunt vel divexant, cor, faciem & verba amabilia exhibeto: ipsisque (dum res exigit) benefacito, & pro eis

1.  
Omnibus  
prompte  
benefaci-  
endum,  
maxime  
inimicis

Gg 2 pre-

SPRECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.  
Math. 5

preces ad Deum fideliter fundito: quemadmodū ipse Christus monet, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos.*

2.  
Egeni,  
in qua-  
vis aru-  
mna

Erga quoslibet tentatos, afflictos & necessitate aliquā pressos, gere viscera misericordiæ plena. *Ærumnas egenorum hilariter elemosynis releva pro modulo facultatum tuarum. Crede te dare Christo quod das pauperi.*

3.  
Anima-  
bus, in  
Purgato-  
rio;

Mitte etiam fidelibus animabus quæ in pœnis Purgatorii adhuc detinentur, spirituales elemosynas, orans devota mente pro illis. Quidquid pro earum absolutione & refrigerio piè feceris, Christus, qui illas ardentè diligit, id ita accipiet, quasi tu ad ipsum in carcere positum venisses, eumque inde liberare sategisses. Nam illæ ad Corpus Christi mysticum pertinent, & Christus in Evangelio asserit sibi præstari quod membris suis præstatur.

Unde & ait: *In carcere eram, & venistis ad me.*

#### §. IV. BENEVOLENTIA.

1.  
Omnibus  
bene op-  
tandum  
& pro-  
eandem.

Omnium salutem magnoperè desidera, nec tibi levis iactura videatur, si pereat unica anima rationalis: quæ (cū sit imagine DEI insignita) excellentior est & pluris fieri debet, quàm totus hic mundus visibilis. Nos omnes sumus membra unius corporis, cujus caput est Christus. Non igitur optes nec velis alicui malum, neque cuiquam invidias: sed de

Eph. 4.  
5.

bono alterius gaude. Nemini scienter injuriam inferas. Neminem imprudenter conturbes aut contristes. Nemini quidquam facile exprobes. Cum omnibus pacem (quantum in te est) habeto.

Si fortè inter te & alterum exortum fuerit dissidium vel rixa aliqua gravior, mox de reconciliatione sollicitus esto, & fac quod tui officii est, tamquam humilis & verus servus Christi. Quin & alios inter se dissidentes ad tranquillitatem & concordiam revocare stude, pià oratione ad Deum fusâ, aut etiam alio modo congruenti.

Neminem cum dedignatione asperneris aut contempnas: id enim sanctæ humilitati & charitati valdè contrarium est. De nullius adhuc viventis salute penitus desperes: quia qui modò per-versus est, potest mox Dei gratia bonus effici. Pons divinæ misericordiæ nondum est dejectus, sed adhuc securum præstat transitum his qui respiscunt.

#### §. V. COMPASSIO.

Sicut afflictis, ita & peccantibus piam cōpassionem atq; commiserationem exhibeto. Ingemisce propter ignorantiam & cæcitatē humanam. Veniat tibi in mentem, quanta sit & diaboli tentantis malignitas atque infestatio, & hominis tentati infirmitas atque corruptio. Extenua culpas aliorum, eosque excusa quantum convenienter pores: sed de his

**SPECULUM SPIRITUALE** 22.  
 2. *Cura salutem proximi*  
 his quæ ipse malè agis, accusa graviter teipsum.

2. *Cura salutem proximi*  
 Nullo modo arbitreris, proximi tui salutem nihil ad te pertinere: tu enim (etiam si non præsens) eam libenter & sedulò promovere debes. Offer igitur preces Deo pro peccatoribus, & cunctis prodesse coneris: ita enim eximiam gratiam apud Deum promerereberis.

3. *Quomodo correptionem fraternam adhibenda.*  
 Ex zelo etiam justitiæ divini-que honoris exerce correptionem fraternam, uti congruum fuerit. Peccatis aliorum numquam consentias, neque cuiquam aduleris. Si irasceris ut peccantem corrigas aut castiges, irascere sine felle, sine odio. Sic persequere peccatum in homine, ut tamen propter peccatum quod homo commisit, non oderis hominem quem Deus fecit. Odio habe culpam, non naturam. Si enim odisti hominem, perditus es, quia extra charitatem vivis: & non poteris salutem consequi: nisi deposito odio sanctam dilectionem resumas. Nam, ut Joannes Apostolus ait:

1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.*  
 Omnino talis manet in morte: quia charitas vita animæ est, & Deus charitas est. Sicut vis Deum in te esse benignum & clementem, ita tu quoque in alios sis benignus ac clemens.

4. *Sic tamè ut teipsum tuosq; defectus respicias.*  
 Si diligenter consideraveris, quàm ipse vitiis defectibusque tam animi quàm corporis aliquando abundaveris, vel adhuc abundes, & quàm longè ab sis à purita-

te, sanctitate, ac fidelitate quam Deo tuo debes; nimirum onera & imperfectionem aliorum æquanimiter supportabis, uti discretio & æquitas admitret. Confitere te in causa esse, propter vitiosam vel negligentem vitam tuam, quòd alii parum in spiritu proficiunt, & crebrò Deum offendunt.

§. VI. CENSURA ALIORUM.

Facta & dicta aliorum in bonam partem (quantum fieri potest) interpretare. Non leviter de aliis malè cogites. Quando incidunt in cor tuum sinistrae & absurdæ suspiciones de aliquo, mox etiam excidant: tu eas prætervolare sine. Et quamvis aliquando fortè timeas ne diabolus hominem seducat, nève malum in homine lateat: non tamen certò credas latere malum, si id omnino tibi certum non est. Ad hunc modum abstine à temerariis judiciis; nec sis ineptè curiosus ut aliorum defectus observes, sed tuos defectus attende, ac teipsum judica.

Non improbè te ingeras his quæ tibi commissa non sunt: quin potiùs talia in statu & ordine suo dimitte. Sint bona, bona: mala verò facilè non judices, sed judicanda Deo relinquant, qui corda hominum clarissimè videt, & perfectè cognoscit quidquid malè sit. Is qui vult se negotiis quibuslibet immiscere, omniaque loquaciter reprehendere & dijudicare, procul abest à vera sui cognitione;

1. *Temerè de alio m. judicet, aut suspicetis malum.*

2. *Ea necesse, quæ ad te nihil attinent.*



3. *Abstinere à uerimoniis apud omnes.*

ne, ueraque pectoris pace ac puritate, & necdum initia uitæ spiritualis attigit.

Consueſce uivere abſque multis querimoniis. Si libet ſæpius conqueri, conquerere Deo, uel beatæ Mariæ Virgini, aut aliis Sanctis; exponens illis humiliter ac placidè ea quæ te premunt & prauant.

#### CAPUT IV.

*Amoris, Delectationis, Vestiis, Refectionis, Lingue, Sensuum, Gestuum, Cogitationum ordinatio & custodia.*

##### §. I. AMOR INORDINATVS CREATVRARVM.

1. Non inhære rebus creatis, quia fluxa sunt & fragiles.
2. Vitandum ergo eis dumtaxat ad honestum solatium, non abutendum ad peruersam voluptasem.
3. Præsertim amputandum amor inordinatus personarum etiam sanctarum, quia periculosus ualde.
4. Idè omnem amorem tuum à creaturâ ad solum Christum transfero.

##### §. II. CARNALES DELECTATIONES CONTEMNENDÆ.

1. Etiam iis, quibus licitè uti possis, parcissimè tamen uti expediat.
2. Intra cancellos nimirum naturalis officii atq; honestatis.

##### §. III. APPARATVS MODERATVS VESTIVM ET SUPPELLECTILIS.

1. Quare mediocritatem in rebus externis.

##### §. IV. CORPORALIS REFECTIO-NIS MODVS.

1. Voracitas, lautitia, murmuratio de eibû appositis, dedecet hominem spirituali uitâ additum.
2. Pia meditatio, aut sacra lectio inter comedendum assumenda.
3. Quod excessu peccaueris, emenda per humilem à Deo ueniâ postulationem.
4. In corpore propter Deum refocillando concessa laudatâq; mediocritas.

##### §. V. DISCIPLINA LINGVÆ.

1. Sermo sit grauis, sine ineptia aut lasciuia,

2. Sine aliorum offensa aut censura;
3. Verax etiam, & ab omni falsi specie alienus;
4. Sermo lasciuus & detractorius, aut asperè corripendus, aut deatre amputandus, aut cum signo displicenti audiendus.

##### §. VI. SENSVM CVSTODIA.

*Vtere sensibus tuis ex recta ratione.*

##### §. VII. MORES AC GESTVS.

*Placidi sint & maturi gestus ac mores.*

##### §. VIII. COGITATIONVM NORMA.

1. Puritas eorum magno studio curanda.
2. Vilitas, breuitas, deformitas libidinosa uel luptatis.
3. Remedia contra cogitationes carnales.

##### §. I. AMOR CREATURARVM.

FREQUENTER memoria reſte Christianum te esse, non tam propter præsentem quàm propter futuram uitam; & terrenis caducisque rebus despectis, transfer cor tuum ad cælestia atque æterna. Tam nobiliter condita est anima tua, ut eam totus iste mundus satiare nequeat. Res transitoria, bona infima nunquam te satiabunt; sed solus Deus, qui est summum & perenne bonum, satiabit te. Quod quidem plenè tunc tibi contingit, quando in cælum receptus, uidebis Deum sicuti est. Hic in terra non nisi miserum exilium est, & hiems aspera: in cælo uera patria est, & ætas amœnissima. Vita ista, quàm libet longa sit, æternitati comparata, quàm breuis est! Vix momentum temporis dici debet. Quàm citò transcurreunt, a volant & decidunt ea quæ in hoc mundo sunt! Si inhæseris fluxis, deflues cum eis. Inhære Deo, qui stabiliter manet, & nunquam defluit. Quid, obsecro, tibi pro-

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

desset, si modò divitiis, honoribus, deliciis voluptatibusq; mundanis afflueres, & postea mittereris in ignem æternum? Pensa, ô amice, pensa diligenter istud apud te ipsum.

2.  
Ideoque  
creatus u-  
vendum,  
non abu-  
rendum,  
seu inor-  
dinatè  
adhæsi-  
one fru-  
endum.

Utere hic, ad honorem Dei, creaturis: sed cave ne illis per vitiosum affectum agglutineris. Serva te intus liberum ac purum, quantum potes. Quidquid decoris, elegantiae dulcedinis, suavisque fragrantiae, ac suavium sonorum, vel perfectionis percipis in rebus creatis, refer id totum ad Creatorem, patriamque cœlestem: nam à Deo omnis pulchritudo, suavitas & perfectio creaturarum profluxit. Tu quidem potes aliquod solatium secundum Deum ex ipsis rebus creatis capere; sed eis inhærere non debes, neque in eis te ipsum seu propriam delectationem perverse quærere.

3.  
Amor in-  
ordinatus  
etiam er-  
ga san-  
ctas per-  
sonas am-  
putandus  
ob pericu-  
la.

Igitur non adhærescas cum inordinato amore alicui homini, etiam si pius admodum & sanctus sit: nec cupias ut aliquis ita tibi adhæreat, verum Deo tuo contentus esto, & in eo delectare. Dici non potest, quantum noceat, & quanta pericula pariat inordinatus erga aliquem affectus, & amor, maxime dum quis per huiusmodi affectum, incautamque familiaritatem alteri non eiusdem sexus personæ sese alligat. Ama te & omnes homines in Deo & propter Deum; at Deum ama propter se ipsum.

4.  
Solum te  
su dilige.

Dilige, quæso, Jesum Christum dulcem Creatorem & Re-

demptotem tuum, veras divitias tuas, & verum atque jucundissimum bonum tuum. Si non vales aum ardentem diligere, dilige ut potes, & quemadmodum ipse gratiam donare dignatur. Desidera ut possis illum perfecte pro grata voluntate ipsius amare. Quod si non sentis in te desiderium, saltem desidera habere desiderium. Dicit ei amabili Domino tuo: *Bone Jesu, ego te toto corde diligere debeo & cupio: tu pro me supplere digneris quidquid ardentis desiderii & amoris mihi deest.* Potes itidem dicere: *Domine, ego humilis, resignatus, patientis, benignus, mitis, modestus, continens, sobrius, alacer, devotus esse debeo & opto: tu pro tua bonitate supplere digneris quidquid mihi deest in his virtutibus ac bonis.* Quoties enim Christum Jesum eo modo piè & ex animo rogaveris (etiam si millies in die hoc feceris) toties ipse proculdubio se ipsum offeret Patri suo pro te, & defectum tuum perfecte supplebit cordis sui amore, suaque humilitate, resignatione, patientiâ, benignitate, &c.

§. II. MORTIFICATIO VOLUPTATUM.

Tamquam peregrinus & advena in hoc mundo, vilipende impura oblectamenta, ea scilicet, quorum Deus causa non est, & quæ ad Deum obtinendum non promovent, quæque naturæ sustentandæ necessaria non sunt. Si voluptates carnis adhuc magni pendis,

1.  
Carnis ob-  
lectamen-  
tu mori-  
endum,  
& par-  
cissimè  
ut uten-  
dum.

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

2.  
Licitæ  
volupta-  
tes, etiam  
in matri-  
monio,  
quæ rati-  
one ad-  
mitten-  
da.  
\* Moni-  
tum An-  
geli Ra-  
phaëlis  
Tob. 6.  
hic in-  
culca-  
tur.

pendis, & eis nimium deditus es, nondum satis intelligis te hic advenam & peregrinum esse.

Fortè mihi dices, Uxorem habeo, & quid faciam? Ad hoc ego: Urere conjuge tuâ castè, nec turpiter quidquam agas, neq; transgrediaris licentiam in lege DEI concessam: & si cûra est propagandi liberos, \* effrenata tamen libidinis luxuries vitetur. Memineris te non pecus esse, sed hominem ratione præditum. Felix est vir verè spiritualis, qui interdum experiri meretur, quantum delectatio cælestis & divina terrenam carnalem delectationem superet atque excedat. Felix, qui carnis gloriam & sæculi pompam atque claritatem fidelibus oculis aspicens, agnoscit eam nihil esse: Et reverà illa similis est fosculo qui mox decidit ac marcescit.

### §. III. APPARATUS MEDIOCRIS.

Modus in  
externis  
rebus te-  
pendus.

Vanitatem, lasciviam, superfluitatemque illicitam in vestimentis & supellectili ne exquiras: sed modum ac mediocritatem pro tuo statu amplectere.

### §. IV. CORPORALIS REFECTIO.

1.  
Corpora-  
lis refe-  
ctionis  
tempera-  
tiã sine  
lautitiis  
& exces-  
su.

Sis in sumendo cibo & potu moderatus, atque ab inhonestâ voracitate, sensualisque voluptatis aucupatione alienus. Si fortè ministrantur escæ simpliciores ac rudiores, nō ob id patientiam & pacem cordis tui murmurando amittas: sed ea, quæ à Deo dantur & providentur, sume cum gratia-

rum actione. Etiam si exquisitiore epulæ administratæ fuerint, curam tamen carnis in desideriiis ne feceris, nec inhæreas terrenæ delectationi, quàm sentis. Pudeat verò te quærere lautitias præter rationem & justam necessitatem, cum Dominus tuus Jesus Christus felle & aceto pro te potatus fuerit. Judica te indignum qui vel panem atrum percipias.

Quando ingluvies & inordinatus appetitus te acrius sollicitat, cogita quàm citò transeat, & quàm perniciofa sit blandiens voluptas. Certè si tu illam effrenatè secutus fueris, atq; expleveris, eâ transactâ omnino dolere debes: si verò pravam cupiditatem propter Deum refrenaveris, teque mundum servaveris, gaudebis utique in conscientia tua. \* Ut autem animi devotionem inter edendum in te alas, potes (si impeditis) buccellas, quas sumis, intingere mente in pretioso sanguine Christi, & è roseis Vulneribus ejus potum haurire. Potes etiam, dum manducas, ruminare hæc verba: *Virtus divini amoris tui, dilecte mi Jesu, me tibi incorporet & intimè uniat.* dum verò bibis, ista: *Dulcedo divine charitatis tua, amantissime Jesu, influat in intima mea, & penetret totam substantiam meam, ad æternam laudem tuam.* In locis tamen in quibus sub refectioe recitatur sacra lectio, debes his quæ leguntur convenienter intendere, si ea intelligis.

Quòd

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

3.  
Exce-  
sum hu-  
militati-  
one corri-  
ge.

4.  
Purè cor-  
pore refe-  
cillandus  
est & di-  
scere.

Matt. 25

Quòd si fortè metas sobrieta-  
tis aliquantulum prætergressus  
fueris ( id quod facile etiam ho-  
mini pio plerumque accidit ) hu-  
militer precare benignissimum  
Deum , ut immoderationi tuæ  
ignoscat ; atque ita repurgatus,  
bono sis animo. Qui repudiata  
sobrietate , cibo potuque nimio,  
porcorum more , se ingurgitat,  
nullum in se Spiritui sancto &  
gratiæ Dei locum relinquit.

Planè convenit ut manducan-  
do, bibendo, quiescendo, dor-  
miendo, valetudinemque curan-  
do, purissimè concedas corpuscu-  
lo tuo hujusmodi solatia. † Quæ-  
dam sanctissima Virgo , ubi tale  
quidpiam contulerat suo corpo-  
ri, ita gaudebat, quasi illud exhi-  
buisset Christo, qui dixit : *Quod  
uni ex minimis meis fecistis, mihi  
fecistis*; putabat enim se unam ex  
minimis ejus esse. Refice ergo &  
refocilla ipsum corpusculum tuum  
cum discretione, ad æternam Dei  
gloriam, in unione illius amoris,  
quo dulcis Jesus, pro te factus ho-  
mo, manducare, bibere, quiescere,  
& somnum capere dignatus est  
in terris : eique offer, in unione  
ejusdem amoris, ipsa corporalia  
solatia quæ admittis. Dum enim  
in hunc modum illa sanctè perci-  
pimus, & ea amoris charitativè  
Christi inserta sive unita per ora-  
tionem aut desiderium Deo offer-  
rimus, redduntur ei admodum

† Praxis & exemplum observetur de pu-  
ritate intentionis in omnibus obsequiis  
quæ præstamus corpori nostro in curanda  
valetudine, unde anima in meritis crescat  
& sublevandis carnis necessitatibus.

placita, nobisque plurimum fru-  
ctuosa.

§. V. DISCIPLINA LINGUÆ.

Sis in loquendo circumspe-  
ctus, honestus, continens & in-  
culpatus. Dilige silentium ratio-  
nabile. Ea quæ prorsus vana vel  
nimis nugatoria sunt, & quæ ri-  
sum dissolutum excitant, ne pro-  
feras. Christus enim in Evange-  
lio dicit : *Omne verbum otiosum,  
quod locuti fuerint homines, reddent  
rationem de eo in die judicii.*

Devita item nimiam verbo-  
rum asperitatem ac mordacita-  
tem, & perhorresce obtrectatio-  
nis atque maledicentiæ vitium.  
Si necessitas vel evidens utilitas  
exposcat ut de defectibus alterius  
loquaris, vide ne quid aliter aut  
alia intentione in medium ad fe-  
ras, quàm oportet. Cave tunc, ne  
animi amaritudine & malevolen-  
tiâ impellaris ad loquendum.

Etiam non affirmes pro certis  
ea quæ tibi incerta sunt. Fuge  
studiosissimè omne mendacium,  
omnemque hypocrisim, duplici-  
tatem, & iniquam simulationem  
ac dolum. Deus enim in regnum  
suum non admittit quempiam,  
nisi sit simplex, & ab omni fucò  
alienus.

Si cõtingat te audire aliquem  
obtrektoriam & mala aut inhone-  
sta verba proferentem, amputa  
\* convenienter sermonem noxium,  
vel etiam modestè & discretè cor-  
ripi eum qui talia loquitur. Quòd  
si non potes commodè hoc facere,  
ostende nihilominus vultus de-

H h

jeatio-

1.  
Sermo suo  
adifica-  
torius.

Matt. 25

2.  
Sine aspe-  
ritate  
aut ob-  
trektoriam  
ne.

3.  
Sincerus  
& ve-  
rax, sine  
fucò &  
dolo ma-  
lo.

4.  
Quomodo  
amputan-  
dus sermo  
malus.  
\* Vide  
& usur-  
pa pra-  
xes istas  
valde ap-  
positas

*Speculum  
LUM SPI  
RITUALI.  
ad evi-  
tandum  
peccatū  
in detra-  
ctio-  
b<sup>o</sup> & ob-  
scœni-  
tibus  
audien-  
dis.*

*Quinque  
sensus di-  
ligenter  
custodien-  
dū.*

jectione, aut gemitu, aut discessu, aut aliquo alio convenienti signo, tibi displicere ea quæ Deo displicent: & claude saltem interiores aures tuas, ne sermoni maligno consentias.

#### §. VI. SENSUUM CUSTODIA.

Magna omnino diligentiam custodire debes linguam tuam, & quinque sensus corporis tui, videlicet visum, auditum, odoratum, gustum & tactum. Vide ergo ne eis aliter utaris quam recta ratio permittit. Si enim loquacitatem amas, & sensibus dedituses, eorumque oblectamenta sine refrenatione sequeris; non poteris ullum in veris virtutibus profectum facere, & gratiam Dei destituēris; nam ea per sensus veluti per rimas quasdam effluet.

#### §. VII. MORES ET GESTUS.

*Moribus  
& gesti-  
bus nemi-  
nem scan-  
dalizet.*

Sis in moribus & gestibus tuis placidus ac maturus. Si inter eos, cum quibus conversaris, exhibueris te tempore & loco ad honorem Dei moderatè hilarem, rectè facies. Observa sedulo, ne quem dicto aut facto culpabiliter scandalizes.

#### §. VIII. COGITATIONUM NORMA.

*Puritas  
cogita-  
tionum  
mundi-  
cordia, cū  
remediis  
malarum  
cogitatio-  
num.*

Sis in cogitationibus & affectibus innocens ac purus. Quando pravam aliquam cogitationem, aut scdam imaginem, vel ineptam lætitiā in cor tuum il-lapsam esse, & impurum affectum

suboriri sentis: † erubescere, & celeriter simpliciterque inde te averte, reflectens mentis oculum ad Deum aut ad alia minimè noxia, vel etiam signum sanctæ salutiferæque Crucis tibi imprimens.

Adversus turpes propensiones, libidinososque stimulos carnis, non parum pdest cogitare, quanta sit vilitas, ac brevitās carnalis voluptatis, quantaque ipsius carnis corruptio. Quid enim est caro, quantumlibet etiam pulchra & elegans appareat, quid est nisi ster-cus, & putredo, & ingenitæ foetoris? Si detrahatur pellis illa tenuissima quæ magnam pulchritudinem præ se fert, jam ipsa caro tota deformis erit. Certè moriendum est, & post mortem caro erit cada-ver vilissimum.

Mirè etiam valet Salutatio Angelica piè lecta, & Sanctorum invocatio, metus item & horror amittendi gratiam Dei, diligens quoque consideratio, quidnam sit perpetuò separari à Deo & cunctis amicis ejus, atque cum diabolo æternis suppliciis in inferno affici. Facilius autem & felicius ipsum malignum spiritum prava suggerentem vincere solemus, si ejus immisiones tamquam muscas volitantes contemnamus, quàm si multis rationibus ad illas respondere velimus.

† Brevia ista & utilia remedia contra malas cogitationes passim ab Adsceticis viis spiritualis ductoribus ac Doctoribus traduntur & commendantur.

CAPUT V.

*Discretionis consilia & praxes.*

§. I. SINGULARITAS VITANDA.  
*Ab omnibus, maxime ab iis qui canobialem vitam profitentur, vitetur singularitas.*

§. II. FERVOR ETIAM AVSTERITATIS.  
*Fervor, ne corpus inde obruatur, in austeritate vitetur.*

§. III. SCOPVS ACTIONVM DEVS.  
*1. Eius benefacitiam sectemur, nostro prorsus abnegato.  
2. Recte enim solius Dei intentio nobilitat etiam minima opera.*

§. IV. AUXILIA GRATIÆ.  
*1. Gratia divine auxilium ubique invocandum.  
2. Et tractus internus Spiritus sancti reverenter observandus.  
3. Sic tamen, ut in rebus arduis semper utaris consilio peritorum.*

§. V. CHRISTI MERITA.  
*Christi meritis uniendo semper omnes actus nostri.*

§. I. SINGULARITAS VITANDA.

*Singula-ritas vitiosa, maxime in Canobis, eliminanda.*  
Sis in cunctis operibus & exercitiis tuis discretus, prudens, consideratus & strenuus: atque ad hoc adnitere, ut in illis tranquillitatem libertatemque cordis conserves. Cole Deum, & servito ei, non negligenter aut perfuntoriè, sed devotè ac studiosè. Singularitatem vitiosam diligenter fuge. His qui in Monasteriis degunt, & secundum communem approbatamque Regulam vivere debent, hoc singularitatis vitium præcipuè vitandum est. Sunt qui sibi mirè placent, si quidpiam fecerint quòd ceteri non faciunt. Magis exultant si semel jejuna-verint sociis manducantibus, quàm si decies cum aliis jejuna-

rent. Sed isti seipfos miserè fallunt.

§. II. ET AUSTERITAS.

Licet plerosque Sanctos homines vitam admodum rigidam duxisse legas vel audias, & magnus fortè fervor in initio conversionis tuæ ad inusitatam austeritatem amplexandam te impellat; non tamen inconsideratè sequaris hujusmodi fervorem, sed sapientum utere consilio. Quod enim sancti & perfecti fecerunt, id certo evidentique monitu ac tractu Spiritus sancti fecerunt. Vitia mortificanda sunt, non corpusculum opprimendum, nec natura destruenda. Ea crux & afflictio quam Deus homini imponit, multò securius portatur, quàm illa quàm homo ex propria voluntate assumit.

*1. Nimitas austeritas cavenda, & discretionis freno moderanda.*

§. III. SCOPUS VITÆ DEUS ESTO.

Quidquid facis vel omittis, fac & omitte propter Dei gloriam & honorè: ita ut in omnibus Deum per simplicem intentionem pure spectes, & ad eum præclaro fuisse bonæ voluntatis religatus sis, nusquam scienter & voluntariè quærens teipsum. Mox ubi deprehendis in te aliquam propriam atque inordinatam quæsitioem, repudia illam, & teipsum abnega: nam propria quæsitio, & propria voluntas, corrumpit cariosaque, efficit bona opera. Profectò vera sui abnegatio suaviter admodum resonat in auribus DEI, atque majestatem ejus mirificè oblectat.

*1. Voluntas divina nostra semper præferenda cum perfecta sui abnegatione.*

SPREU-  
LUM SPI-  
RITUALI-  
EN.

Si vel unicam Saluationem Angelicam cum tui ipsius abnegatione ad perpetuam Dei laudem protuleris, ea & Deo gratior & tibi utilior erit, quàm si totum Psalterium sæpius ex propria voluntate sive cum proprietate legeres.

2. *Intentio recta nobilitat opus minimum.*  
Nulla actio tam modica est, quæ si ad Deum purè referatur, non multùm profit animæ. Unde qui etiam flosculum unum propter Deum in altari reponit, vel imaginem alicuius Sancti sincera devotaque intentione exornat, grandem omnino mercedem recipiet. Sed & qui caput tantummodò inclinat aut flectit genu ad honorem Dei, non perdet mercedem suam. Opta & pete à Deo, ut ex singulis verbis tuis, ex singulis passibus pedum tuorum, ex singulis motibus corporis tui, & ex singulis buccellis quas edendo sumis, resultet eximia laus Conditoris: opta & pete, ut singulæ respirationes tuæ die ac nocte Deum honorent atque glorificent, eique amorem exhibeant: reverà enim fiet quod rectè & sanctè opraveris atque petieris.

§. IV. GRATIÆ AUXILIA.

2. *Voiq; invocandū Dei auxiliū.*  
Quando vis quidpiam aggredi, erige cor tuum ad Dominum, & pete consilium ab eo, illumq; invoca: scienste neque agere, neque dicere quidquam nosse quod ei sit acceptum, nisi ipse gratiã suã te adjuvet.

3. *Interim motus observandū.*  
Observa diligenter quid Deus in corde tuo loquatur, & utrùm

ipse rectaque ratio permittat ut hoc vel illud facias. Si incertus es utrùm propensio tua sit à DEO, attende an voluntatem Dei sequi velles, si eam perspectam haberes. Si enim invenis te ita profus affectum esse, ut ipsam Dei voluntatem sequi velles, & humiliter oras Deum ut te illuminet ac doceat: jam id ad quod crebrius intus traheris, confidas esse à Deo, modò à sacris Literis, & Ecclesiæ dogmatibus non discordet.

Convenit nihilominus, ut libenter Dei voluntatem ab aliquo homine Deum timente & illuminato petas, idque maxime in rebus arduis, propter dolos satanæ sese nonnumquam transfigurantis in Angelum lucis.

§. V. MERITA CHRISTI.

Si bona opera & exercitia tua copulaveris unierisque actibus & exercitiis Christi, atque ita obtuleris ista Deo in laudem æternam; erit sanè ista oblatio ipsi Domino longè gratissima, & opera tua claritatem dignitatemque ineffabilem recipient ex actibus Christi quibus unientur. Plumbum tuum (ut ita dicam) murabitur in aurum optimum, & aqua tua in vinum excellentissimum. JESUS & MARIA sint semper charum refugium tuum, & chara spes tua: tu eis per devotam orationem commenda omnes necessitates tuas atq; negotia.

+ Ista pia & utilis praxis refertur ex Blosio apud R. P. Ieremiam Drexelium in Amussi seu Recta intentione lib. 2. cap. 8. §. 7.

CA-

## CAPUT VI.

*Regula consolatoria pro tentatis.*

§. I. *Standum diligenter in CVSTODIA CORDIS.*

§. II. **DOLOR IN DESIDERIO:**  
*quando scilicet ratio vehementer cupit dolere de peccatis cum ipsorum displicentia intellectuali, est verus dolor.*

§. III. **LAPSVS EX INFIRMITATE.**

1. *Longè differt lapsus ex infirmitate.*

2. *Et lapsus ex mera negligentia.*

§. IV. **IMPRUGNARI A VITIIS ET TENTATIONIBVS.**

1. *Non facit hominem minus gratum Deo, sed ab illis expugnari.*

2. *Neg. motu vitiorum aut tentationum commaculant animam; sed, si bene rejiciantur, purgant, & coronant.*

3. *Quin nec fada insomnia coinquinant, modo causam non dederit; nec in eu delecterit jam expergefactus.*

4. *Ita motus ira, indignationis, simileq;, bene repressi, & rationi revera & practice displicentes, non sedant, sed purificant animam.*

§. V. **PERSISTENDVM IN SANCTO PROPOSITO.**

1. *Tametsi ob fragilitatem creberimè labaris.*

2. *Cupientibus enim bene vivere loquuntur in Scripturâ promissiones misericordie & indulgentia; peccata autem parvipendentibus loquuntur comminationes formidabilis justitie Dei.*

3. *Deus enim in seipso non est terribilis: sed in effectibus justitie erga sua contempores pietatis.*

§. VI. **CONFIDENDVM auxiliis gratie Dei, non annitendum propriis viribus.**

§. VII. **ORATIONIS.**

1. *Cum fide firma minimeq; hesitanti oblata, magna est efficacia.*

2. *Semper ei conceditur, ut quod petebatur, aut aliquid utilius & opportunius.*

3. *Orandum est autem intellectualiter potius, quam per corporeas imagines.*

§. I. **CUSTODIA CORDIS.**

1. *Standum usque & usq; super cordis custodia.*  
**D**ECLINA prudenter peccandi occasiones, & eam societatem quæ te à Deo avertere potest:

jugiterque sollicitus esto pro puritate cordis servanda. Numquã inordinatæ securitati te tradas, cum hæc vita sit plena laqueis, tentationibus & periculis: sed semper cum rationabili & sancto metu tuam salutem operare. Verissima enim sunt verba Sapientis dicentis: *Si non in timore Domini renueris te instanter, cito subvertetur domus tua.* Quando tamen ex fragilitate humana laberis & peccas, quando item propter vitia te impugnantia videris tibi deficere magis quam proficere, nullo modo ob id despondeas animum: sed ingemiscens coram Domino Jesu, ora eum ut purissimo Sanguine suo omnem peccati maculam in te deleat, req; gratiã suã in bono confirmet.

§. II. **DOLORIS DESIDERIUM.**

Neque propterea angaris, quòd fortè non sentias dolorem vel contritionem. Si enim omnino velles & cuperes te non offendisse Deum, aut etiam † doles te non dolere: hunc quoque dolorem suscipit ac respicit Deus, qui pensat nõ tam quid sentias, quam quid velis. Dic sapius hæc aut similia: *O Domine Jesu, utinam numquam te offendissem! utinam posthac viverem juxta gratissimam*

† Quo pacto sufficit peccatori ad penitentia Sacramentum accedenti dolor, quòd non doleat aut non satis doleat, solide disputat Doctor Martinus Navarrus, citans S. Thomam & S. Bonaventuram, Manualis Confessariorum cap. 1. §. 22.



*seru-  
lum spi-  
ritua-  
le.*  
\* No-  
tēt hoc  
serupu-  
losi, qui  
se. tor-  
quāt  
ob ve-  
nialia.

*voluntatem tuam, tibiq; placerem!*  
Eximia contritio illa est, cui amor, spes & humilis fiducia in Deum conjuncta est. Multo \* certe efficacius & citius leuiore offendē delentur, si homo culpam suam humiliter agnoscens, repente amanterque ad Deum se convertat, quam si defectus suos cum grandi pusillanimitate apud se diu pertraheret atque consideret.

### §. III. PECCATUM EX INFIRMITATE.

*1.  
Aliud  
est, labi  
in pecca-  
tum ex  
infirmitate.*  
\* Hæc  
attingit  
& transfert R. P.  
Alfons<sup>9</sup>  
Rodert-  
cius in  
suū Per-  
fectio-  
nis Exer-  
citiū  
parte 1.  
tr. 1. c.  
12. & p.  
2. tr. 3.  
cap. 13.

\* Porro aliud est, labi in venialia peccata ex infirmitate & occasione tantum; atque aliud, illa committere ex mera gravique negligentia. Qui enim ex infirmitate & subreptione offendit, licet nullius creaturæ inordinato amore captus detineatur, semperque se paratum animo inueniat ad relinquendum omnia, quæ certo scit Deum ab ipso velle reliqui; facile tamen, dum sese offert occasio, excedit, aut elatione animi, aut impatientiâ, aut torpore, aut ignaviâ, aut verborum levitate ac nimietate, aut affectione sensuali atque carnali, estque vel potus & cibi intemperantior, vel plus satis hilaris, vel immodicè sollicitus atque occupatus; sed mox ut ad se rediit, dolet quod studiosius se non custodierit, ac penitus avertatur etiam minimam peccati maculam, ob idque veniam citò consequitur. Fundus ejus corruptus non est, & ei peccata ac vitia minùs adhæ-

rent, minùsque gratiam Dei in eo impediunt.

Qui verò volens ac sciens creaturarum affectibus & amore captivus detinetur, atque in illis delectationem & voluptatem inordinatè quærit; is nimirum ex inertia & gravi negligentia offendit. Nam etiam dum, occasionibus malorum sublatis, liber apud semetipsum esse potest, plurimum concupiscit ipsas occasiones: & culpas ita à se admissas, quas odisse deberet, parvipendit ac negligit. Liqueat planè, fundum huiusmodi hominis impurum esse. Verumtamen ipse quoque veniam obtineret, si post lapsum, veram contritionem & propositum sese corrigendi conciperet.

### §. IV. PUGNA TENTATIONUM.

Aliud etiam est, impugnari à vitiiis; & aliud expugnari. Quædiu non consentis, quamdiu tibi displicent ipsa vitia, & eis ratione ac voluntate repugnas; non elongaris à Deo, quantumlibet illa infesta sint & molesta. Quidam servi Dei, naturâ intus ac foris placidi sunt, & non nisi tenuiter impugnantur à vitiiis. Alii, dum occasiones sese offerunt, acrius quidem tentantur (cùm sint ex ipsa naturâ proclives ad superbiam, vel vanam gloriam, vel iram, vel gulam, vel luxuriam, vel alias culpas) nullo tamen modo volunt ipsis vitiiis præstare consensum. Nam quando illa in se sentiunt, mox deserunt & con-

tem-

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

temnunt quidquid Deo spiritui-  
que ipsorum adversatur: & sen-  
sualitate repudiata, cum fide hu-  
milique oratione intrò ad Deum  
confugiunt. Hi sæpè magis lau-  
dantur à Deo, & virtutes excel-  
lentiùs possident, quàm illi alii:  
virtutum namque perfectio con-  
certatione legitimâ comparatur.  
Et quidem fieri potest, ut aliquis  
eorum, qui strenuè adversus vitia  
decertant, detineatur post mor-  
tem aliquamdiu in Purgatorio:  
sed ubi is plenè purgatus fuerit,  
longè altiore gradum in cælo  
obtinebit, quàm obtineat alius  
qui non ita strenuus fuit, licet si-  
ne aliquâ Purgatorij penâ ad cæ-  
lum pervenerit. Ergo non te fran-  
gat tentationum magnitudo.

2. Etiam si in inferioribus & sen-  
sitivis animæ viribus, quas cum  
brutis animalibus communes ha-  
bemus, sentire gravissimos vitio-  
rum motus, sed eis non consenti-  
res: etiam si immundissimæ ima-  
gines, vel inauditæ adversus  
Deum ac Sanctos ejus blasphemie  
se se cordi tuo contra voluntatem  
tuam assiduè ingerent: non con-  
taminarent, sed repurgarent ani-  
mam tuam, ei que admirandas co-  
ronas in cælo pararent. Plerique  
admodum pii homines tentatio-  
nibus hujusmodi ita divexantur,  
ut nec unam quidem Orationem  
Dominicam vel Salutationem  
Angelicam absque diabolicis su-  
furris explere possint. Isti incre-  
dibilibus angustiis pressi, se qui-  
dem multorum criminum reos

esse putant, sed coram Deo præ-  
clari <sup>a</sup> Martyres sunt. Propter  
illas immisiones, pressuras & af-  
flictiones, nec oratio intermit-  
tenda est (etiam si innumeris di-  
stractionibus obnoxia sit) nec ul-  
lum omnino bonum opus negli-  
gendum. Qui vel semel vanæ sui  
complacentiæ consentit, <sup>b</sup> de-  
formior in oculis Dei redditur,  
quàm si multis annis incidentias  
etiam pessimas citra consensum  
sentiret. Sæviant ut possunt ma-  
ligni spiritus, titillet ac stimulet  
caro: anima, quæ deliberata vo-  
luntate se ad pravitatem non cõ-  
vertit, gratiam Dei non amittit.  
Ratio sæpè per importunas inci-  
dentias pravasque cogitationes  
& delectationem ita prævenitur,  
ut homo pius illis aliquamdiu  
præter voluntatem & delibera-  
tionem intendat: qui tamen mox  
ut perfectè advertit se talia cogi-  
tare, avertit se inde, & delectatio-  
ni, qua præventus est, non con-  
sentit.

Si tu inter dormiendum (quan-  
do ratio ligata est) obscœnum a-  
liquod somnium passus fueris, nõ  
hinc nimium contristari aut me-  
tuere debes, modò evigilans, &  
plenè factus compos rationis, re-  
spuas animo quod vitiosum est.

<sup>a</sup> Illam sententiam commemorat R. P.  
Alfonso Rodericus Exercitii perfectionis  
parte I. tract. 8. cap. 26.

<sup>b</sup> Quod est peccatum saltem veniale, ob  
consensum; at in quibusvis tentationibus,  
quamdiu voluntatis consensus abest, nul-  
lum est peccatum; imò sæpè in illis, dum  
strenuè cum Dei gratia pugnatur, magni  
meriti occasio est.

4.

Et neque  
facta som-  
nia, qui-  
bus cau-  
sam non  
dederit.

Pecca-

SPECU-  
LUM SEI  
RITUA-  
LE.

Peccatum omnino ex voluntate dependet : ita ut si voluntarium non fuerit , etiam peccatum non fit.

4.  
Nec mo-  
tus ira-  
cundia  
aut simi-  
les pro  
peccato  
computa-  
tur, nisi  
voluntas  
consen-  
sisti.

Itaque rursus pro tua consolatione dico : Si propter injuriam tibi illatam , vel propter maledicta in te tuosque congesta , sive ob quamlibet aliam causam , sentires te irâ vehementer commoveri , aut erga aliquem malè affici , alicui invidere , & interim multum tibi ipsi displiceres , ac vitium quod in te vivit , reprimeres quantum posses , ipsumque per humilem confessionem atque orationem expellere ac mortificare conareris ; nullum salutis tuæ detrimentum inde acciperes . Esset quidem tempestas in infima regione animæ tuæ ; sed in suprema regione , ratio tranquilla voluntasque incorrupta & invicta maneret . Nihil profus te ab amicitia Dei alienabit , nisi peccato consentias . Ceterum <sup>a</sup> neque diabolus neque creatura alia cogere te potest ut consentias , cum habeas voluntatem liberam , quam Deus semper paratus est gratiâ suâ roborare , ne per consensum succumbas . Si tamen consensisti peccato , potes mox ( opitulante Deo ) per veram contritionem ac pœnitentiam redire in gratiam cum ipso Domino .

<sup>a</sup> Nota similitudinem de motibus concupiscentiæ , & consensu rationis .  
<sup>b</sup> Voluntas libera cogi non potest .

### §. V. PERSEVERANTIA.

Perfiste igitur in sancto proposito , etiam si millies in die labaris . Spera firmiter in Domino , qui semper veniam benignissimè dat homini bonæ voluntatis , culpam suam humiliter agnoscenti . Certè fieri nullo modo potest , ut quispian humilis repellatur ab eo , & pereat . O ! si lumine gratiæ intus illustratus , aliquatenus cognosceres & sentires , quàm clemens , pius , suavis & bonus sit Jesus ; haud dubiè amorosam grandemque fiduciam erga illum conciperes , & summè exultares . Quæ quidem jucunda fiducia , non ad benè vivendum segnem & negligentem , sed valdè promptum diligentemque te redderet . Ipse benignus Jesus frequenter hominem dulciter visitat , & consolatur gratiâ suâ , quem tamen scit paulò post casurum , & peccatum aliquod commissurum . O quàm libenter ille te recipit , dum post lapsum erectus , humiliter amantèrque ad eum redis ! Tunc magno gaudio gaudent etiam spiritus Angelici , ac ceteri cælorum cives : nam & ipsi admodum benigni sunt ac misericordes , teque sincerissimâ charitate cõplectuntur .

Ei qui inordinato damnationis metu laborat , & tamen benè vivere conatur pro viribus , expedit prudenter cohibere oculos in-

ternos

**PREU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LA.**

**Pf. 144.**

**El. 102.**

**Mina  
Dei lo-  
quantur  
perseve-  
rantibus  
in malo.  
Rom. 2.**

**Non ab  
orece-  
dentibus.  
Rom. 8.**

**3.  
Deum ter-  
ribili,  
quo sen-**

ternos à nimia consideratione iusti iudicij Dei: Oportet eum indubitanter credere Scripturis sanctis quæ cælesti consolatione abundant. Et cuius animum non relevent suavissima Propheræ dicentis: *Miserator & misericors Dominus, patiens, & multum misericors.* Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras: quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se? Metuat & pertimescat severitatem iudicij Dei, is qui, Deo neglecto, mandatisque eius spreto, permanet in iniquitatibus suis, seque corrigere non vult. Hunc planè beatus Paulus alloquitur, dum terribilibus verbis intonat & ait: *An divitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis contempnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis iusti iudicij Dei.* Sed idem Paulus eos qui à peccatis recedunt, & secundum spiritum vivere conantur, eximie consolatur, dicens: *Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Bonæ voluntatis homo nullo modo existimare debet Deum esse crudelem, cuius natura bonitas est, & cuius ipse benignitatem atque clementiam quotidie evidenter experitur.*

Nam quòd ille in Scripturis sanctis plerumque dicitur terribilis, & ira ac furor ei attribuitur;

hoc idèd fit, ut spirituales eius operationes & effectus iustitiæ illius significantur. Deus enim incommutabilis, nulli perturbationi obnoxius est: sed semper tranquillus in se manet, semper idem & uno modo est. Hinc in libro Sapientiæ scriptum est: *Tu*

**§. VI. FIDUCIA IN DEVM.**  
Resiste constanter tentationi desperationis & diffidentiae. Fac quod in te est, ut magis ac magis proficias: non tamen confidas in tuo labore & conatu, sed in auxilio Domini Dei tui: nam qui in seipsis confidunt, deficiunt; cum homo nihil boni ex se facere possit.

**§. VII. ORATIO.**  
Pete sedulo à Deo, ut mortificet in te, & auferat à te quidquid ipsi displicet: pete, ut efficiat te hominem secundum cor suum. Si enim fidem habueris, & perseveraveris in humili petitione atque oratione, impetrabis sine dubio id quod salutariæ conducit, juxta promissum Christi qui dixit, *Petite, & accipietis.* Itemque. *Quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Necesse omnino est, ut si non statim, certè congruo tempore obtineas orando ea quæ utilia sunt, & quæ certâ rectâque fiducia sperare potes te obtenturum. Si duo simul preces Domino funderent, quorum alter rem eiusmodi peteret quæ pænè videretur impossibilis, consideret ta-

*su in 326  
erit libere  
ris acci-  
piendus?*

*Sap. 12:*

*In Dei  
gratia  
fidendū,  
non in  
suo cona-  
tu.*

*1.  
Orandum  
est Deum  
cum fi-  
ducia, si-  
ne hesi-  
tatione.*

*108. 16.  
Mat. 21.*



OFFICII-  
ZUM SPI-  
RITUA-  
LE.

men se à Deo exauditum iri; alter  
verò pro re minima postulareret,  
sed non plenam fiduciam haberet  
erga Dominum: ille qui rogaret  
pro re maxima ac difficili, multò  
citiùs ob meritù fiducię suę exau-  
diretur, quàm alter qui rem modi-  
cam modicâ fiduciâ postulareret.

2.  
Semper  
obtinobit  
quod pe-  
tit, aut  
quod me-  
lius &  
ad salu-  
tem uii-  
lim.

Si fortè piè petis ea quę tibi  
utilia non sunt, dabit Deus quę  
sunt utilia. Amantissimus Pater  
est: dum postulas aureum spiri-  
tuale, si denegat quod postulas,  
facit hoc propterea, quòd tu par-  
vulus nescires huiusmodi num-  
mo bene uti: quoties tamen u-  
num petis aureum, toties ille ti-  
bi centum reponit in cælis. Fieri  
non potest, ut etiam minima pre-  
catiuncula ritè fusa, aut minimus  
gemitus, minimumve suspirium  
ad Deum piè emissum grandi fru-  
ctu careat.

3.  
Intelle-  
tu &  
spiritu  
pariter,  
quàm  
corporeis  
imagini-  
bus oran-  
du est  
Deus.  
Joan. 4.

Recita frequenter præcellen-  
tissimam illam atq; suavissimam  
precationem, quam Dominus no-  
ster Iesus Christus sacro ore suo  
pronuntiavit, ac nos edocuit.  
Et orando Deum, non imagine-  
ris eum esse corporeum ac visibi-  
lem; sed credens illum esse spiri-  
tum, adora & precare in spiritu  
& veritate. Concipe eum mente  
ut supersubstantialem substan-  
tiam: contemplare eum ut sum-  
mam bonitatem summamque  
charitatem, & intellectualem lu-  
cem summè amabilem. Filium  
tamen Dei, qui pro te factus est  
homo, attende atque intueri ut  
Deum & hominem.

## CAPVT VII.

Imperfectorum bonę voluntatis  
consolatio.§. I. IMPERFECTIO IN OMNIBVS  
ALIQUA.

1. Nam etiam in magnis servis suis nonos ma-  
nere permittit Deus:

2. Ne aliquis in vanam sui complacentiam  
delabatur.

## §. II. BONA VOLUNTAS.

1. Nunquam eam abiecit Deus, ne quidem in  
imperfectis.

2. Et quid ea sit.

3. Quantum ab eâ pondeat operum nostrorum  
prestantia.

## §. III. MORTIFICATIO.

1. Interna mortificatio necessaria est, & ab om-  
nibus sanctis exercitata: exterior non item; quã-  
vis valde utilis sit.

2. Et pia gratulatione aliorum austeritas potest  
feri nostra.

3. Humilitas imperfectos inter filios parvulos  
Dei collocabit.

§. IV. VNIO OPERVM CVM CHRIS-  
TI MERITIS.

1. Bona voluntas in seipsâ pauperula, in Chri-  
sto diuissima.

2. Ora igitur, ut suâ abundantia Christus sup-  
pleat penuriam meritorum tuorum.

3. Neque enim negabit Deus quod in Filij sui  
nomine petitur.

4. Optimum igitur, opera tua cum Christi ope-  
ribus & passionibus coniungere.

§. I. PERFECTIO BONÆ  
VOLUNTATIS.

SI non potest esse perfectus sicut  
Sopras, humilia te ipsum, & re-  
signatus esto. Gratulare ex ani-  
mo his qui perfecti sunt, Deum-  
que glorifica, & ei gratias age pro  
illorum perfectione. Solet verò  
Dominus permittere, ut in plerif-  
que electis suis sibi charissimis  
semper aliquid vitii atque imper-  
fectionis resideat, quòd sibi ipsis vi-  
lescant, & humiles permaneant.

Reverà

SPECULUM SPIRITUALIA.

Révèrà quidam † sanitatē animæ consecuti sunt, atque ad eum virtutis gradum conscenderunt, ut mortem ipsam fidenter subirent potius, quàm in Deum scientes ac volentes peccarent: & tamen ipsi ignorantes se sanos esse, semper timent atque anguntur, nec aliud sibi persuasum habent, nisi quodd debiles sint & infirmi.

Ne superbiant, & ut se in Dei voluntatem resignent.

Benignissimus sapientissimisque Conditor ex magna fidelitate & dilectione, quam erga eos habet, huiusmodi ignorantiam, metum & pressuram in eis, quamdiu vivunt, relinquit. Satis enim ei perspectum est, illos ad eum fragiles esse, ut si se convaluisse pro comperto haberent, statim ad se ipsos cum vana sui complacentia reflecterentur. Bonum illis est eam perferre miseriam, in qua se se Deo humiliter resignant. Illos

\* Pusillanimes bonæ voluntatis in vita selet Deo in morte solantur doctis doctare.

\* tamen sub mortem ab huiusmodi ignorantia & longitenebris pius Dominus eripere consuevit: donans illis firmam erga se fiduciam, in qua etiam feliciter ex hac luce emigrant.

§. II. BONÆ VOLUNTATIS VIRTUS

1. Deum non abiicit bonam voluntatem.

Nullo pacto diffidere debes, propterea quod imperfectus sis: Deus enim abiicere non potest hominem bonæ voluntatis. Ipse penitus novit infirmitatē tuam, & te blandè consolatur in Evan-

Quia nempe status gratiæ, & animæ sanitas, excludit quidem peccatum mortale, sed non omnes morbos & navos veniales. Et sic Sani dicuntur, quia carent culpa mortali; & simul infirmi, quia non carent culpa veniali.

gelio, ubi sancti Angeli narratur Christo nato cecinisse verba ista optatissima, *Pax hominibus bonæ voluntatis.* Non dixerunt, Pax hominibus magnæ vel perfectæ sanctitatis, (quàmquam si hoc dixissent, id quod maximè verum est, dixissent;) sed ut etiam infirmi ac pusilli, qui bonæ voluntatis sunt, consolationem acciperent, læti, dixerunt, *Pax hominibus bonæ voluntatis.*

Luc. 24

Si facis rationabiliter \* quod in te est, & Deo placere verè desideras; Deus haud dubiè conatū, laborem, desiderium & bonam voluntatem tuam eximiè aliquādo coronabit, etiam si piis operibus, exercitiis, atque orationibus tuis magna inæqualitas adiuncta, & multi defectus permisti sint. Quamdiu enim non avertis voluntatem tuam à Deo, & sapius doles atque ingemiscis propter imperfectionem ac multiplices offensas tuas, Deus pro ineffabili bonitate sua reputat opera tua digna æterna remuneratione. Quamdiu, inquam bonam voluntatem retines, & humilitati ceterisque veris virtutibus das operam, atque à peccatis sedulò abstines; places Deo, & in bona conscientia tua, tanquā in amœna paradiso, jucundè commorari potes.

2. In quo consistat bonæ voluntatis. \* Cum auxiliis gratiæ faciens quod in se est, coronabitur à Deo ob bonam voluntatem in eo quod facere non potest.

Certè bona omnia ex voluntate dependent: & quando humilitatem, charitatem, vel quasilibet alias virtutes habere appetis, & id tota voluntate vis, facis-

3. Ab ea pendet perfectio & valor operis.



SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

quod potes; proculdubio habes eas coram Deo. Iridem dum boni quidpiam facere ex animo desideras, sed non vales; Deus bonam voluntatem tuam pro opere suscipit. Et tam magnum est desiderium tuum apud Deum, quam magnum cupis, atque integra voluntate vis illud esse. Itaque utiliter admodum potes ita orare: *O utinam, Domine, utinam pro honore nominis tui, haberem tantum amorem & affectum ad te, quantum unquam aliqua creatura habuit! Pie Iesu, peto & opto vehementer, ut plena voluntate & perfecto desiderio omni tempore erigam in te, sicut tibi placitum est: peto & opto toto corde, ut in omni virtute & sanctitate tibi perfecte placeam pro grata voluntate tua.*

### §. III. MORTIFICATIO.

*1.* Non debes etiam pusillanimis effici, nec putare te remotum esse à Deo, propterea quod forte nequis magnam vitæ austeritatem præstare, vel quod ad eam sectandam minimè sentis te intus trahi atque impelli. Neque enim in illa consistit vera perfectio, veraque sanctitas; sed consistit in propriæ voluntatis ac vitiorum mortificatione, consistit in vera humilitate atque charitate. Non legimus beatam virginem Mariam Dei genitricem tam rigidam duxisse vitam, quam rigidam duxit sancta vidua Iudith; & tamen longè perfectior fuit quam ipsa Iudith. Non omnes electi eadem viâ extrinsecus gradiuntur: at intrinsecus omnes

*Austeritas exterior bona est, sed non necessaria, interior autem omnino excipienda.*

omnino eandem viam tenere debent, nempe viam humilitatis veræque charitatis sive sancti amoris. Nam & aliam viuendi rationem beatus Ioannes Baptista secutus est, atque aliam sanctus Ioannes Evangelista; & tamen quia uterque verè humilis erat, ac Deum proximumque verè diligebat, uterque Deo maximè placuit.

Lætare, & lauda Deum, cuius gratiâ plerique adiuti, rigidam ducunt aut duxerunt vitam: ita enim per piam gratulationem sinceramque dilectionem merita eorum efficiet quodammodo tua, & præmium atque gloriam recipies à Deo pro bonis quæ in alijs purèamas. Porro, pro vitæ austeritate quæ tibi deest, potes offerre Deo Patri ieiunia, vigiliam, tribulationes, & acerbissimam passionem Christi. Quod si rationem viuendi aliquantò asperiores (Deo adiuuante) sectatus fueris, facito id simpliciter ad gloriam Dei; & non nimium innitaris neque confidas huiusmodi austeritati vel meritis tuis, verum spem omnem potissimum colloca in passione Christi & in satisfactione, expiatione ac meritis eius.

Non est quod multum metuant imperfecti, modò semper ad meliora contendant (sanctum tamen Dei timorem nunquam deponere debent) non est, inquam, quod inordinatè metuant. Christus enim in corpore suo mystico

DOM

SPECULUM SPIRITUALIUM

non diligit solum oculos, id est perfectos: sed diligit etiam manus & pedes, diligit infima membra sua, diligit minuta vascula misericordiæ, quæ Sanguine suo & morte sua pretiosa mercatus est. Grandes filii Dei expeditè gradiuntur & curruunt: parvi verò ægrè ac tardè incedunt. Beatus eris, si vel ex numero parvulorum filiorum fueris; nam & ipsi omnes regni cælestis erunt heredes. Qui creavit magnos, ipse idem creavit parvos: & Christus non minùs datus est in Salvatore parvis, quàm magnis. Fudit Sanguinem suum pro omnibus, omnes morte sua redimere voluit: nec ullus tanti beneficii expers est, nisi qui se illo culpâ suâ infelicitè privat.

§. IV. VNIO OPERVM CVM CHRISTO.

I. *In nobis egeni, in Christo sumus abundanter.*  
 \* Credemihî, is qui verè humilis est & bonæ voluntatis, habet in Christo, pro devoto ac sincero cordis sui desiderio, quidquid boni sibi deest in seipso: habet in illo omnem sanctitatem atque perfectionem. Profectò enim ad hoc venit Christus in mundum, ad hoc incarnatus & passus est, ut peccatores sese humiliantes salvos faceret (eos ad æternam beatitudinem sublevando) ac pro eis satisfaceret, eorumque defectus suppleret sarciretque, & eos

*a* Pia praxis Blosiana, offerendi Deo Patri merita Filii, pro hominibus meticulosis, ad supplendum opera nostra defectuosa, crebrò occurrit, & videri potest de ea re iterùm Consolatio pusillanimum cap. xxx. §. 11.

meritis suis locupletaret. Tànquam fidissimus parens thesaurizavit filiis suis, quos ab æternitate dilexit.

Ora igitur cum, ut ipse integrè pro te respondeat, satisfaciat atque suppleat: ora, ut meritis ac virtutibus suis egenam animam tuam exorner. Atque hoc petendo, spera certò & crede, illum pro immensa bonitate sua facturum quod humiliter postulas. Nam si dubius nimitumque meticulosus permanes; similis es ei, qui vilibus sordidisque vestimentis exutus, & repentè indutus Regiis, non novit decenter atque compositè pro exigentia ipsorum vestimentorum Regalium incedere; sed pro morum rusticitate, cui assuetus est, ineptè & incivilliter graditur. Offer Deo Patri in plenam expiationem peccatorum tuorum, & in suppletionem meritorum quæ tibi desunt, ipsum unigenitum Filium ejus Iesum Christum: offer omnia quæ ille pro te fecit ac pertulit: offer incarnationem, vitam, labores, passionem, cruciatus, Sanguinem & mortem ejusdem Redemptoris tui. Cujus quidem oblationis dignitas & præstantia homini prorsus incomprehensibilis est. Nulla scelera tam gravia & enormia esse possunt, quæ non meritis Christi & pretioso Cruore eius in homine bonæ voluntatis deleantur.

*b* Quando ex sese confert ad actus penitentia quidquid in sese habet & potest. Nempe cum auxilio gratiæ Dei.

2.  
*Orandum igitur, ut defectum nostrum suppleat per sua merita.*



SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

3. Nihil ne-  
gatur o-  
ranti per  
Christū.  
Matt. 7.  
& 21.  
Marc. 11.  
Ioa. 14.

4. Cordi &  
meritū  
Christi  
nostra  
commen-  
demus.

\* Pau-  
per in  
se, dives  
est in  
Christo;  
quia  
parti-  
ceps est  
thesau-  
ri meri-  
torum  
Christi.

Potes etiam dicere Deo Patri:  
*Pater clementissime, rogo te per dilectū  
Filium tuum Iesum Christum, ut mei  
miserearis, & hoc vel illud mihi dones ad  
eternam laudem nominis tui.* Nam  
quandocumque aliquid piè, &  
sanctè petitur in nomine Filii,  
sive per Filium, Deus Pater gra-  
tissimam habet eam petitionem,  
cūm nihil illi charius sit ipso Fi-  
lio suo.

Commenda bona opera & ex-  
ercitia tua sacratissimo atq; mel-  
lissimo cordi ejusdem Iesu Christi  
emendanda perficiendaque: ma-  
ximè enim id expetit cor illud  
amantissimum, & semper paratū  
est imperfecta tua excellentissimo  
modo perficere. Gaude & exul-  
ta, quia quantumvis \* pauper sis  
in teipso, admodum dives es in  
Redemptore tuo, qui meritorum  
suorum participem te esse voluit,  
qui pro te homo factus est, pro te  
jejunavit, laboravit, cruciatus  
pertulit, Sanguinem fudit, &  
animam posuit. Ingentem pror-  
sus thesaurum in illo repositum  
habes, si tamen verè humilis &  
bonæ voluntatis es.

## CAPUT VIII.

*Schola humilitatis & patientiæ.*

### §. I. PRÆCONIVM HVMILITATIS.

*Pulchra descriptio encomiastica humilitatis.*

### §. II. ACTVS EIVS PRÆCEPI.

1. Cognoscere & agnoscere, se nihil esse aut  
posse sine Dei gratia, nisi peccare.
2. Agnoscere, omnia bona sua, Dei esse dona;  
illum propterea in eū, non se, laudandum.
3. Sentire se dignū esse, quem omnia affligant,  
& contemnant: idē, si eveniat, non solum idē nō  
murrari, sed potius letari.

4. Imputare afflictiones suas peccatū suū: &  
inde timorem simul ac spem concipere, tanquam à  
paterna Domini Dei castigatione.

5. Diligere ipsos etiam hostes suos, exemplō  
Christi.

6. Tolerare longanimitè omnem marorem un-  
decumque proveniat, & quantumcumque dures,  
pro Dei amore.

### §. III. PATIENTIÆ VIRTVS.

1. Tribulatio patienter pro Deo tolerata, certū  
signum divinæ electionis.

2. Quapropter Deus, quasi delectatus patientiā  
suorum, facit cum tribulatione proventum.

3. De manu ergo illius omnia suscipienda, ut ille  
laudetur, timeatur, ametur: non vidē de manu  
creatura, quibus tantūm Deus ut instrumentis  
utitur.

4. Etiam cūm tu ipse tibi causa es malorum,  
licet dolere debeas de offensa, afflictionem tamen  
ipsam velut de manu Dei letanter suscipe.

### §. I. LAVS HVMILITATIS.

QUANTIS præconiis digna  
est sancta humilitas! Moneo  
iterum atque iterum, ut hanc vir-  
tutem præcipuè secteris: nam &  
Christus hanc potissimūm nos dis-  
ciscere à se voluit. Ait enim: *Dis-  
cite à me, quia mitis sum, & humilis  
corde.* Hanc semper & exemplo  
& verbo docuit. Vnde rursum  
ita loquitur: *Nisi conuersi fueritis, nō  
& efficiamini sicut paruuli, non intra-  
bitis in regnum celorum.* Hanc a-  
mantissimè respexit in Virgine  
matre sua, sicut ipsa testatur di-  
cens: *Respexit humilitatem ancillæ  
sue.* Per hanc maximè Sancti om-  
nes fuerint & sunt homines se-  
cundūm cor Dei. Breuiter, in hac  
virtute consistit tota Christianæ  
sapientiæ disciplina. Si tu non  
desideras nec conaris esse humi-  
lis, frustra tibi persuades quòd  
possideas charitatem, & quòd  
amœnam habitationem in te in-  
veniat Spiritus sanctus, qui non

requie-

SPERCU-  
ZUM SPI-  
RITUA-  
LE.  
\*Humi-  
litas  
& chari-  
tatis fi-  
da est  
conjun-  
ctio.  
I. Cor.  
13.

requiescit nisi super humilem. \*  
Humilitati charitas semper con-  
iuncta est, & charitati humilitas:  
neque fieri potest, ut quis charita-  
tem habeat, si humilis non sit.  
Nam ( ut beatus Paulus ait ) *cha-  
ritas non inflatur, non est ambitiosa,  
nō irritatur, sed est patiens & benigna.*  
Sine humilitate & charitate ope-  
ra atque exercitia tua, quantum-  
vis magna esse videantur, inania  
erunt ac putria. Vera autem hu-  
militas intus in corde quærenda  
est. Si desit interna humilitas,  
externa nihil est, hypocrisis est.

§. II. HVMILITATIS PRO-  
PRII ACTVS.

1.  
*Agnosce  
te nihil ha-  
bere à te  
nisi pec-  
cata.*

\* I. iv.  
Thom.  
I. 2. q.  
109 a. 2.  
quæres,  
vtrum  
homo  
possit  
velle &  
facere  
bonum  
absque  
gratia;  
respon-  
det ex  
S. Au-  
gustino  
lib de  
Corre-  
ptione  
& gra-  
tia ca. 2.  
quod si-  
ne gra-  
tia nul-  
lum  
prorsus  
fide cogi-  
tando,

Itaque habe cor humile ac sub-  
missum. Agnosce tuum nihilum,  
tuam infirmitatem & impoten-  
tiam: agnosce tuam erga Deum  
ingratitude, tuam malitiam  
ac vilitatem. Enimvero ex te  
ipso nihil es: & sine adiutorio  
gratiæ Dei nihil boni velle, nihil  
boni agere, & nec unam quidem  
piam cogitationem concipere \*  
potes. Ex te ipso ad malum sem-  
per propensus es: & nisi Deus te  
seruaret, non est aliquid tam hor-  
rendum scelus, quod non admit-  
teres. Quare nulli, quantumvis  
flagitioso homini, te ipsum præ-  
ferre debes. Si non admisisti gra-  
via peccata, tu certe ob bonita-  
tem Dei, quæ te in illa ruere non  
permisit, & tibi virtutem bene-  
vivendi præstitit, præclariorem  
habet causam te humiliandi, quam  
habet is qui post perpetracionem  
multorum criminum veniam ob-

tinuit, & in gratiam receptus est  
à Domino.

Cum nihil in te sit propriè tuum,  
nisi peccatum, tu quidquid boni  
habet & agis, attribue Dei mise-  
ricordiæ ac benignitati; nō tuam,  
sed Dei laudem & gloriam quæ-  
rens. Ne pilum quidem ex donis  
Dei tibi assumes: nam etiam situ  
solus omnia mortalium omnium  
bona opera fecisses, tam nudus  
inde manere deberes ( quod ad  
tui reputationem, & ipsorum o-  
perum immodicam æstimatio-  
nem attinet ) ac si nihil unquam  
boni fecisses. Quid si quidpiam  
ex donis Dei tibi adscripseris u-  
surpaverisque, & propter aliquam  
gratiam internam vel externam  
appeteris ab hominibus magni-  
pendi; latet utique in te grandis  
superbia. Odio tibi sit hæc pestis  
perniciosissima: quam tamen si  
fortè sentis, non tamen illi con-  
sentias. Dic Deo: *Domine, ego ma-  
lum mori, quam consensum præbere:  
renuntio omni impuritati.* Non so-  
lum non adscribas tibi aliquid  
boni, verum etiam malorum om-  
nium quæ in mundo sunt, cul-  
pam in te retorqueas. Confitere  
te nullo modo esse dignum bene-  
ficiis ac donis quæ à Deo accipis,  
& illi gratus esto: confitere te  
non esse dignum quem terra su-  
stineat.

Certè cum tu peccatis tuis Do-  
minum summæ majestatis ac san-  
ctitatis graviter offenderis, iustū  
esset ut & Deus ipse, & creaturæ  
omnes, horrendis modis te affli-  
gerent.

five vo-  
lendo,  
& aman-  
do, five  
agen-  
do, fa-  
ciunt  
homi-  
nes bo-  
num.

2.  
*Attribue  
Deo non  
tibi met  
quid  
quid in  
te habet  
boni.*

3.  
*Tolera  
libenter  
internam  
& exter-  
nam cry-  
stem pec-  
tu tuis  
debitam.*

PECCO-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

gerent. Proinde non mireris, neque perturberis animo, quando sentis te intus aridum, sterilem, odnubilatum, instabilem, desolatnm, & velut à Deo derelictum: quando item graves & diurnæ cruce, angustia vel tentationes te premunt, & quando alii te vilipèdunt, persequuntur aut etiam cædunt, contumeliosque ac maledictis afficiunt. Putas fortè tunc Deum tibi irasci: sed hæc ira paterna est, & ex amore proficiscitur. Non tibi displiceat tam amabilis Pater, dum te adversis exercet, aut exerceri finit. Mitesce, tolera, resignatus esto, & gratias age

4.  
Accipe  
crucem  
velut sti-  
pendium  
peccato-  
rum, &  
arrham  
divini  
amoris.

Habe quidem moderatum timorem, sciens Deum plurimas culpas in te videre, ubi tu fortè unicam aut nullam advertis: time, inquam, & imputa peccatis tuis ea quæ sustines, ac fatere quòd adhuc graviora meritis sis: nullo tamen modo arbitreris te propter hujusmodi castigationem non esse charum Deo. Imò verò vel hinc maximè confide te

Heb. 12.

charū illi esse: *flagellat enim Deus omnem filium, quem recipit.* Decanta in corde tuo hæc verba Prophete:

Mich. 7.

*Ego ad Dominum aspiciam, expectabo Deum salvatorem meum. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec causam meam iudicet. Educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Roga Dominum Iesum, ut ipse pro peccatis tuis satisfaciat: tu verò ea quæ pateris, pro amore eius perfer & tolera.*

Porro illis qui te infestant aelædunt, omnem offensam ex corde remittas, teque benignum eis exhibeas, reddens bona pro malis, æquanimiterque ac sedata mente ferens eorū & verba aspera, & truces gestus, & sæva opera, & quidquid illi demum acerbatis sive in te sive in amicos tuos contulerint. Ne verò hæc tibi videantur factu nimis difficilia, propone ante mentis tuæ oculos ea quæ pro te pertulit, & exemplum quod tibi dedit Dominus tuus Iesus Christus: qui cum pateretur, non murmurabat, non exasperabatur animo, non vindictam expetebat, sed benignissimè orabat pro suis inimicis. Nonne ingens bonum putabis tibi obtigisse, si Regi tuo consimilis in aliquo esse potueris?

Nonnunquam in homine bono, qui Deum purè quærit, oboritur gravissima quædam angustia & afflictio, vel ex indispositione complexioneque naturali, vel ex cæli influenza atque aëris inæqualitate, vel ex maligni spiritus operatione, aliave ex causa, Deo id permittente: tumque ipse pius homo, putans se non placere Deo, solet pacem pectoris amittere, & mœrorem perturbationemque animi incurrere. Si te corripuerit talis angor, non eum velis violenter excutere, neque multas rationes perquiras, quibus te inde eripere possis: sed suscipe ipsam pressuræ molestiam humiliter de manu Domini, tanquam

**SPECULUM SPIRITUALIUM.**  
 quam rem tibi maximè saluta-  
 rem, & eam tranquillo resigna-  
 toque animo sustine, etiam si illa  
 perduret pluribus annis, aut toto  
 vitæ tuæ tempore: ita enim Deus  
 & Angeli commorabuntur apud  
 te, tuâ humilitate & patientiâ  
 delectari.

§. III. PATIENTIÆ VIRTUS.

**I.** Tribulationes in hac vitâ præ-  
 clarissima Dei dona sunt: & non  
 est ullum certius signum divinæ  
 † electionis, quàm vt quis adversa  
 humiliter ac resignato animo  
 propter Deum toleret. Frigore,  
 æstu, infirmitate, & quibuslibet  
 alijs gravaminibus externis at-  
 que internis Deus purgat, sancti-  
 ficat, mirificæque exornat animas  
 electorum suorum. Et quos videt  
 minùs aptos esse vt torques aure-  
 as ferant, ornat eos saltem ferris  
 ac flosculis, id est, levioribus  
 tribulationibus. Numquam per-  
 mitteret vel minimum venti fla-  
 tum electis suis esse molestum,  
 nisi sciret hoc ipsis expedire ad  
 salutem. Homini utilius est, e-  
 tiam modicum gravamen pati-  
 enter pro Dei honore vel amore  
 preferre, quàm grandia opera  
 patrare. Humilis patientia, & sui

*Tribula-  
tio cum  
patientia  
tolerata,  
est inter  
eviden-  
tia signa  
dilectio-  
nis &  
electionis  
Dei.*

† De hoc prædestinationis signo S. Ber-  
 nardus Hom. 37 in Cantica, alludens ad  
 gradationem D. Pauli Rom. 7. gloriantis in  
 spe gloria filiorum Dei, quando ait, Non  
 solèi autem, sed & gloriamur in tribulationibus  
 scientes quòd TRIBVLATIO patientiam operatur,  
 PATIENTIA autem probationem, PROBATIO  
 vero spem, Spes autem non confundit: quia  
 CHARITAS Dei diffusa est in cordibus nostris per  
 Spiritum sanctum, qui datus est nobis, sic loqui-  
 tur: Ideò illa non confundit, quia illa infundit  
 certitudinem, per quam ipse Spiritus testimonium  
 perhibet spiritui nostro, quòd filij Dei sumus.

resignatio in adversis, dulcissimè  
 resonat in auribus Dei, & eum  
 homini afflicto prorsus adesse  
 facit. Hinc Propheta dicit: *Prope* Psal. 33.  
*est Dominus his qui tribulato sunt corde.*

Quid quid nunc pateris, Deus  
 ab æterno prævidit hoc te eo  
 passurum modo, quo pateris:  
 prævidit diem & horam quâ il-  
 lud pati deberes. Ceterum non  
 est quòd expauescas: nam pius  
 Dominus nihil tibi imponet  
 quod prorsus excedat vires tuas,  
 sibi optimè perspectas. Diligen-  
 tissimè interijciet manum suam  
 inter te & ignem tribulationis,  
 ne nimium graveris: quemad-  
 modum facere solet mater indul-  
 gentissima, dum parvulū filium  
 suum juxta ignem materiale  
 denudat. \* Ipsas tribulationes  
 ac pœnas tuas omnes tam parvas  
 quàm magnas, passioni sive cru-  
 ciatibus Christi conjunctas uni-  
 tasque, devotâ mente offer Deo  
 in laudem æternam: sic enim e-  
 runt inæstimabilis meriti, &  
 summè Deo placebunt.

*2.*  
*Ex æter-  
na præ-  
visione  
in electi-  
suis cru-  
ces viri-  
bus no-  
stris at-  
tempe-  
rat, &  
facit cū  
sentatio-  
ne pro-  
ventum.*

*\* Deo  
per  
Christū  
pœnas  
tuas of-  
fer.*

Disce, quæso, ea quæ tibi in  
 anima, corpore & quibuslibet re-  
 bus eveniunt, non aliunde sus-  
 cipere quàm de manu Dei: nam  
 quæcumque eveniunt ex sapienti  
 eius ordinatione eveniunt, nec  
 aliqua tribulatio sine Dei per-  
 missu te corripere potest. Etiam si  
 universi dæmones simul in te  
 irruere vellent, non possent tibi  
 vel appropinquare, \* nisi Deus  
 permitteret: vnde non illos, sed  
 Deum timere debes. Sicut dice-

*3.*  
*De ma-  
nu Deū  
omnia  
suscipi-  
das quia  
manus  
Dei tan-  
tum uti-  
tur crea-  
turæ ve-  
lut in-  
strumen-  
tis.*

*\* Hoc  
clare  
apparet  
in hi-  
storia.*

K k                      bam,

SPECU-  
RUM SPI-  
RITUA-  
LIUM.

bam, disce omnia de manu opti-  
mi Domini suscipere tamquam  
optima, etiam si forte talis accidat  
calamitas & afflictio, quæ saluti  
tuæ contraria esse videatur. Ne-  
que enim fieri potest, ut non &  
optimum & utilissimum tibi sit,  
quod purè de manu Domini ac-  
cipis, cum Deus homini bonæ  
voluntatis nihil præstet nisi op-  
timum, ac saluti ipsius conveni-  
entissimum: quod ita certum est,  
sicut certum est Deum vivere. Si  
ille potestatem satanæ daret, †  
te omni reliquo vitæ tuæ tempore  
diris terrificisq; modis vexan-  
di corporaliter, tu fortè æstima-  
res id intolerabilem esse infelici-  
tatem, nimisq; horrendum Dei  
in te iudicium: & tamen hoc non  
solum non obesset saluti tuæ, sed  
etiam prodesset plurimum, si de  
manu Dei illud susciperes, &  
humiliter pro Dei honore atque  
amore tolerares.

4. Nec illas quidem afflictiones  
& cruces, quæ culpâ tuâ eveni-  
unt, vel quarum causa tu es,  
aliunde suscipias quàm de manu  
benignissimi Dei. Semper tamen  
tibi displiceat malum quod fe-  
cisti: neque ullo modo culpam  
conferas in Deum, qui peccati  
auctor numquam est; nec in dia-  
bolum, qui te cogere non potuit  
ut peccares; sed tibi soli illam  
imputa, qui peccato consensisti.  
† Ad hanc rem considerationes lectu di-  
gnas ex aureo eloquentiæ flumine effundit  
S. Iohannes Chrysostomus lib. de Providen-  
tia Dei ad Stagirium Monachum, quem so-  
latur in mœrore, quia à diabolo obsideba-  
tur.

Etiam  
quæ tu  
sibi as-  
seruisti  
sua cul-  
pa, de  
manu  
Dei te  
velut in-  
strumen-  
to utentis  
accipe,  
dolens de  
culpa  
sua, gau-  
dens de  
Dei boni-  
tate,  
qui in  
malo tuo  
bonum  
suum eli-  
cit.

Quandocumque molestum aut  
acerbū quidpiam à creaturis tibi  
infertur, mox converte cordis  
oculos ad Creatorem Patremque  
tuum cælestem, qui hoc ex amore  
pro tuâ utilitate permittit. Illum  
attende potiùs quàm creaturas  
quæ tribulationē inferunt: hæ  
enim tamquam instrumenta &  
secures atque ascie sunt, quibus  
summus ille Artifex utitur sicut  
vult, & sicut electis suis utile esse  
novit. Si quories homines de te  
vel de tuis malè loquuntur, aut  
iniuriam aliquam tibi irrogant,  
perturbaris, ac patientiam ab-  
ijcis; tranquillitas animi tui non  
in Deo, sed in hominibus locata  
est, dependetque ab hominibus.  
Quod si ita esset, miser utique &  
nimis infelix esses.

### CAPVT IX.

#### Resignationis doctrina & varia exercitia.

1. Resignatio perfecta vera tranquillitatis fons  
est & origo; ac mirificè Deo grata est.
2. Inde in tribulationibus & pressuris maximè  
secura est, & gustum quendam habet Diuinitatis.
3. Eius est, tractum & motum Dei manifestum  
& certè agnitiū libenter sequi: in alijs permi-  
tere se diuine providentiæ.
4. Perfectio verò illius est, Dei iustitiam erga  
se diligere, acque atque eiusdem misericordiam.
5. Deus enim vult nobis omne bonum: tantum  
modò petit animum resignatum.
6. Securitas igitur mentis resignata maxima est;  
ut pote fundata in immensâ Dei erga suos bene-  
uolentiâ, imò erga peccatores.
7. Etiam omnem, aut partem omnem vitam malo  
triuerint dummodò tandem penitentiam verè a-  
gant.
8. In eo etiam, qui nondum est perfecta resi-  
gnatus, velle autem esse, hoc ipsum desiderium  
acceptat & approbat Deus.
9. Homini igitur resignato omni inordinata tri-  
stitia prorsus est repellenda.

RBSI-

SPREU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

1.  
Resigna-  
tio perfe-  
cta Deo  
gratissi-  
ma &  
maximè  
placet.

**R**ESIGNA te Deo funditus, voluntatem tuam laudabili voluntati sanctæque ordinationi eius in omnibus humiliter subiiciens atque conformans: ita enim demum, & non aliter, veram ac stabilem cordis pacem obtinebis, ita palàm erit te verum Dei amorem habere. Ergo, siue Deus prosperitatem siue adversitatem dederit, siue te in lumine siue in tenebris esse voluerit, contentus esto: ferens omnia inæqualia pro viribus æqualiter animoque sedato, & Deum laudans, atque ei gratias agens. Quando vidêris tibi magnâ obsecritate ariditateque cõtabescere, & gravibus angustiis premèris, si tunc conformis divinæ voluntati, miseriam & afflictionem illam cum benigna tranquillitate propter Deum toleras, multò gratior Deo es, quàm si divino lumine multùm irradiarèris, & intus florent omnia.

2.  
In tribu-  
lationi-  
bus ex-  
sultat,  
& secure  
versatur.

In pressurâ & afflictione homo non ita facilè seipsum quærere potest, sicut in sensibilis dulcedinis consolationisque affluentia: in hac enim plerumque natura se admiscet, & anima, si incautior fuerit, per immodicam delectationem citò maculam contrahit. Sanè fieri non potest, ut aliquis resignato corde quidpiam sustineat pro gloria Dei, quin saporem quemdam Divinitatis percipiat. Licet enim illi nihil fortassis sentire, id est, sensibiliter gustare cõtingat (Deo se ad tempus

occultante) hoc ipso tamen eì quod patitur benè sapit, quòd se illud ad æternam Dei gloriam velle ferre cognoscit.

Si voluntas Dei tibi dulcis est quando ipse te sanum esse & vivere vult, amara verò est quando te vult infirmum esse vel mori: nondùm plenè resignatus es, nondùm habes cor satis rectum. Si vis ut ipsum cor tuum jam non sit curvum, subjunge illud in omnibus voluntati divinæ, quæ semper recta est. Sine Deum agere recum quod vult, & ut vult, in virâ & morte, in tempore atque æternitate. Faciat Deus (te permittente) de animâ & corpore tuo, de amicis & rebus tuis, deque cunctis negotiis quod ipsi placitum est. Vnicè opta, ut semper voluntas ejus fiat: & eadem divina voluntas sit summa consolatio tua. Dic Deo: Domine, sicut ipse ab æternitate voluisti, ita fiat, & non ut ego volo: fiat in me & de me atque hominibus ac negotiis omnibus gratissima voluntas tua, nunc & in ævum sempiternum. Nihil melius postulare, nullam præstantiorem orationem fundere potes coram Deo, quàm ut petas fieri voluntatem ejus.

3.  
Verè resignata anima se totam Deo beneplacito permittit, in utramque partem, seu de consolatione seu consolatione.

Etiamsi non ita pridem incepisses meliùs vivere, & jam tibi moriendum esset, nihilominus sis resignatus: nec scire aut perscrutari velis, utrùm te Deus post

4.  
Atquè amat Deus erga se iustitiâ, ac misericordiâ.

<sup>a</sup> Semper tamen curando ut perseveremus in gratia Dei: nam non potest homo sese resignare ad gratiæ Dei amissionem vel diminutionem, vel ad minimi ac levissimi peccati commissionem vel admissionem.

Specu-  
lum spi-  
ritua-  
le.

mortem missurus sit ad Purgato-  
rium, <sup>a</sup> an mox recepturus in cæ-  
lum. Sic tibi placeat dulcedo mi-  
sericordiæ ejus, ut tamen non di-  
spliceat pulchritudo justitiæ il-  
lius. Vox hominis benè resignati  
hæc est: *Domine Deus meus, si in tui  
vergeret laudem, ut post obitum meum  
annis quinquaginta a flammis purgatoris  
circularer, illicò me sub pedes tuos abii-  
cerem, & in sui honorem pœnas illas  
animoparatissimo exciperem.* Sancti  
Patres affirmant, eum <sup>b</sup> qui Dei  
erga se justitiam perinde ut mise-  
ricordiam ad æternam ejusdem  
Domini gloriam exosculatur ac  
diligit, tam facillè peccatorum  
suorum omnium & pœnarum il-  
lis debitarum plenam veniam  
obtinere, quàm facillè una aquæ  
guttula in ardenti fornace con-  
sumitur.

5. Vult tibi bonæ voluntatis ho-  
mini benefacere Deus: vult te æ-  
terâ beatitudine secum perfrui.  
Vult hoc, quia summe bonus &  
misericors est. Neque enim indi-  
get bonis tuis opulentissimus  
Conditor, sed petit cor ad se  
conversum, humile, resignatum,  
ac sanctâ erga se fiduciâ firmatû,  
quale scilicet invenit in latrone  
illo, cui pendens in cruce dixit,  
Aug. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Si hu-  
jusmodi, cor habueris, nullo mo-  
do poteris separari à Deo. Ipse  
enim tibi & viventi & morienti,  
affectu plus quàm paterno aderit,  
teque proteget ac consolabitur.  
Faciet planè quod per Prophe-  
tam suum pollicitus est, dicens:

*Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego  
ego consolabor vos, & in Jerusalem con-  
solabimini. Videbitis, & gaudebit cor  
vestrum.*

6. Ergo tam vivens quàm mori-  
ens securè te ipsum & omnia pro-  
videntiæ Dei committe, omnem-  
que sollicitudinem tuam in eum  
proice: semper tamen faciens  
rationabiliter quod tuum est. In-  
nitere benignitati bonitati que  
ejus firmissimè, & in eo plenissi-  
mè confide, quidquid etiam acci-  
dat. Reverà enim majorem ille  
tui curam gerit, quàm ipse gere-  
re possis. Te salutemq; tuam ma-  
ximè diligit Dominus, qui gra-  
tuitâ pietate suâ ad imaginem si-  
militudinemque suam te fecit, &  
ex purissimo atque ardentissimo  
tui amore incarnari, pati ac mori  
voluit. Tanto tenetur desiderio  
eorum omnium qui ipsum sanctè  
colunt & sincerè amant, quasi ro-  
tâ beatitudo atque essentia ejus  
ex illis pendèret. \* Si cum chari-  
tate, quâ te diligit Deus, confera-  
tur amor, quem omnes umquam  
parentes habuerunt, habent, &  
habebunt erga filios suos; erit ve-  
lur aquæ stilla exigua cum vastis-  
simo mari comparata.

<sup>a</sup> Imò animâ non planè pleneque purgata  
in hac vitâ, hilariter post mortem sub-  
eunt, & exequuntur cum magnâ resigna-  
tione voluntatem Dei de pœnis Purgatoris  
ignis tolerandis ad satisfaciendum justitiæ  
divinæ: & hanc resignationem illis solatio  
esse, docet R.P. Franciscus Suarez in 3. part.  
D. Thomæ Tomo 4. disputatione 46. sectio-  
ne 3. 4. Dices.

<sup>b</sup> Cùm enim hoc fieri non possit, nisi per  
actum perfectum excellentissimâ charita-  
tis, apparet eum sufficere posse ad plenam  
culpæ & pœnæ deletionem, juxta doctrinâ  
D. Thomæ Supplemento 3. p. q. 5. art. 2.

Ne.

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

7.  
Etiam  
eor. qui  
sibi ad  
ipsum  
conver-  
tuntur,  
tenerrimè  
Deum  
comple-  
ctitur.

Neque dubitare quidquam de-  
bes de illius erga te summâ dile-  
ctione, propterea quòd fortè vi-  
tam tuam omnem, aut pænè om-  
nem malè vel nequiter transege-  
ris. Quamvis enim innumera  
profusque nefanda sint scelera  
quibus eum offendisti, jam tamen  
quia illa purè confessus es, & verè  
ab eis averlus atq; ad Deum con-  
versus, te ipsum non fictè humi-  
lias, Deoque placere ex animo  
desideras ac studes; omnino ipsi  
Domino totique aulæ cælesti  
charus es. Deus, qui tibi dedit ve-  
ram contritionem, dedit sine du-  
bio & veniam: nec attendit qua-  
lis aliquando fueris, sed qualis  
modò sis aut esse t cupias. Ma-  
gnus sanè Dei honor est, quòd i-  
ple tam misericorditer & beni-  
gnè peccatorem indignissimum  
ad se redeuntem recipere digna-  
tur. Nam & cæli cives ob id pro-  
rumpunt in divinæ laudis melos  
suavissimum, videntes summam  
illam Majestatem tantâ pietate  
demittere se ad animam pecca-  
tricem. Crede sine aliquâ hæsi-  
tatione, Deum immenso amore te  
complecti: crede item, eum qui  
sic te amat, & velle & posse cun-  
cta benè disponere pro salute ani-  
mæ tuæ. Nihil ille magis abs te  
expetit, quàm humilem tui in-  
a In statu peccati.

† In statu gratiæ: & hoc sensu citat. D.  
Thomas 3 par quaest. 86. artic. 1. verba Eze-  
chielis cap. 8. ubi Deus ad solatium verè  
pœnitentis dicit: *Omniū iniquitatum eorum,*  
*quas operatus est, non recordabor amplius.* ac si di-  
cat: Non videbo in pœnitentiâ peccatoris,  
peccatum quod fuit, sed pœnitentiam quæ  
est.

omnibus resignationem, & pro-  
pria voluntatis abnegationem,  
plenamque erga se confidentiam.

Quòd si non potes te tam libe-  
ro & integro corde resignare ut  
velles, si propter ad veritatem  
vel mortem imminentem sentis  
te pavidum aut pusillanimum, ne  
turberis inde: nam Deus attendit  
& approbat voluntatem ac desi-  
derium tuum. Et ut infirmitatem  
tuam Christus consolaretur, ipse  
quoque passione & morte suâ im-  
minente voluit pavore ac mœro-  
re corripì. Itaque omnem formi-  
dinem tuam in abyssum miseri-  
cordiæ ac bonitatis ejus deponi-  
to: & ei, si nò promptissimo cor-  
de, saltem pio ore dicito: *Domine,*  
*offero, resigno & permitto me tibi, fiat*  
*voluntas tua.* Plerumque contin-  
git, ut homo irresignatæ volun-  
tatis animosius atque fidentiùs  
excipiat adversa, & fortiùs illa  
extrinsecus perferat, quàm is qui  
resignatæ voluntatis est.

Repelle diligenter ab animo  
tuo inordinatam tristitiam, &  
(sicut suprâ dictum est) firmiter  
innitere benignitati Dei, dicens  
cum beato Iob: *Etiam si occiderit*  
*me, in ipso sperabo.* Nam ad hoc  
Isaias quoque Propheta te horta-  
tur, dum dicit: *Qui ambulavit in te-*  
*nebris, & non est lumen ei, speret in no-*  
*mine Domini, & innitatur super Deum*  
*suum.* Fieri non potest, ut Domi-  
nus hominem rectæ fidei & bonæ  
voluntatis sperantem in se dese-  
rat. Vnde ait: *Quoniam in me spera-*  
*vit, liberabo eum.*

8.

Qui non  
habet  
perfectâ  
resigna-  
tionem,  
desid. red  
eam ha-  
bere.  
Mat. 26.

9.

Repella-  
tur a re-  
signato  
tristitia  
inordina-  
ta.  
Iob. 13.

Isa. 50.

Psal. 91.



## CAPVT X.

*Exercitium introversionis, cum sep-  
tem illius obiectis.*§. I. *Primum obiectum introversionis, Præ-  
sentia Dei.*

1. Assuescat animus exteriora relinquere, & se ad Deum intra se recolligere.
2. Omnia enim in Deo, & Deum in omnibus.
3. Sed peculiari modo in creaturis intellectu-  
libus, quo non est in aliis.

§. II. *Secundum obiectum, Trinitas Bene-  
dicta.*

1. Quomodo Trinitatis mysterium sit cogitan-  
dum.
2. Admiranda imago Trinitatis in anima ratio-  
nati.
3. Mysterium hoc non nisi cum summa reveren-  
tia & cautela ruminandum & explicandum.
4. Manuductio quedam ad ipsius conceptum  
explicandum per exempla creata: quæ tamen ipsi  
mysterio valde inadæquata sunt.
5. Trinitas diuina incomprehensibilis & im-  
mensebilis.

§. III. *Tertium obiectum, Attribute seu  
Perfectiones Dei.*

1. Quomodo cogitanda sint per introversionem;
2. Moderatè & sine nimia peruestigatione, aus  
labore intellectu quasi violento.

§. IV. *Quartum obiectum, Oratio con-  
tinua.*§. V. *Quintum obiectum, Lectio sacra.*§. VI. *Sextum obiectum, Exercitiorum  
variatio.*

1. Lacryma vera quomodo haberi possint.
2. Præsertim exercitiorum sine anxietate, sine pro-  
pria adhesionem, sine notabili singularitate.

§. VII. *Septimum obiectum, Christi hu-  
manitas.*

1. Cum affectu & desiderio, & conatu imitatio-  
ni cogitanda est.
2. Præsertim memoranda crebrius Passio ipsius.
3. Christi formæ voluntas humilis & resignata  
potius à Deo postulanda quàm sublimis gradu con-  
templationis.
4. Humanitas Christi gradu securus, & ianua  
est cuiusdam ad contemplationem Diuinitatis.
5. Ratio pie concipiendi mysterium incarnationis,  
& passionis Dominice.
6. Christum in cruce acutissimos dolores pertu-  
lit, & simul tamen Deitate sua perfruebatur.
7. Corpus Christi in ipso conceptionis instanti  
perfectè simul formatum fuit & animatum.

§. I. *Obiectum primum introversionis.*

## PRÆSENTIA DEI.

**R**EVOCATA & converte frequen-  
ter mentem tuam ad ipsum  
Dominum Deum tuum, ambu-  
laque reverenter coram eo, qui  
majestatis suæ præsentia & virtu-  
tis magnitudine ubique est. Ipse  
enim per Prophetam dicit: *Cæ-  
lum & terram ego impleo.* Ubique  
præsens est: sed nullo loco con-  
tinetur, nullo loco concluditur.  
Ubique totus atque indivisus est:  
nullius tamen rei immunditiæ  
contaminatur. Sensibiles rerum  
sordes, non secundum rationem,  
sed secundum sensum dumtaxat  
sordes dicuntur. Deo autè nihil  
immundum est præter peccatum,  
quo ipse etiam inquinari non po-  
test, sicut solaris claritas illu-  
strans cloacas minimè inficitur.

Si quæris, Vbinam erat Deus  
antequam mundum conderet?  
respondeo, quòd erat apud seip-  
sum, erat in seipso, & nunc,  
mundo condito, in seipso est.  
Deus ergo qui ubique est, omnes  
creaturas penetrat, eisque per  
simplicem & occultam essentiã  
suam propinquior est quàm ipsæ  
sunt sibi. Esse rerum omnium est,  
quia ab eo cuncta creata dependen-  
t, ac sine eo omnia nihil sunt,  
& mox in nihilum redigerentur,  
nisi ab illo conservarentur. Res  
omnes sunt in Deo tamquam in  
virtute ipsas continente ac regen-  
te. Vnde Paulus in Actis Apосто-  
lorum dicit, nos in Deo vivere, mo-  
veri, & esse. Res etiam sunt in Deo  
secundum ideam; nam ideæ, seu  
in-

1.  
Mentis  
trorsum  
cogitanda  
Deum  
ubique  
præsentia  
tem, &  
sest ad  
eam con-  
verit.  
ter. ap.

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
51.  
52.  
53.  
54.  
55.  
56.  
57.  
58.  
59.  
60.  
61.  
62.  
63.  
64.  
65.  
66.  
67.  
68.  
69.  
70.  
71.  
72.  
73.  
74.  
75.  
76.  
77.  
78.  
79.  
80.  
81.  
82.  
83.  
84.  
85.  
86.  
87.  
88.  
89.  
90.  
91.  
92.  
93.  
94.  
95.  
96.  
97.  
98.  
99.  
100.

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
51.  
52.  
53.  
54.  
55.  
56.  
57.  
58.  
59.  
60.  
61.  
62.  
63.  
64.  
65.  
66.  
67.  
68.  
69.  
70.  
71.  
72.  
73.  
74.  
75.  
76.  
77.  
78.  
79.  
80.  
81.  
82.  
83.  
84.  
85.  
86.  
87.  
88.  
89.  
90.  
91.  
92.  
93.  
94.  
95.  
96.  
97.  
98.  
99.  
100.

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LIS.

intelligibiles formæ rerum om-  
nium, fuerunt ab æterno in men-  
te scientiaque Dei, & in eâ stabili-  
les atque incommutabiles ma-  
nent ac vita sunt: & ipse Deus,  
vel essentia divina, est una idea  
atque unum exemplar rerum  
annium, intellectualiter omnia  
repræsentans. Hinc Ioannes E-  
vangelista, cum dixisset omnia  
per æternum Dei Verbum facta  
esse, & sine ipso nihil esse factum,  
subiecit: *Quod factum est, in ipso vita  
erat.*

Ioan. I.

3.  
Peculi-  
aritate  
& modo  
præsen-  
tiæ Deum  
anima  
rationa-  
li, & in-  
primis  
iusticiæ  
piæ: item  
Beati &  
damna-  
ti.

Sicut dicebamus, Deus est in  
rebus omnibus. Creaturis autem  
rationalibus imagine suâ insigni-  
tis nobiliter admodum inest, licet  
à sensu impiorum longissimè ab-  
sit. Quilibet enim perversus  
elongatur à Deo dissimilitudine,  
sicut pius quisque similitudine ei  
propinquat. Igitur bonis homi-  
nibus Deus adest etiam per salu-  
tarem gratiæ suæ exhibitionem:  
civibus cæli adest per claram glo-  
riæ suæ manifestationem: dam-  
natis adest per congruam iustitiæ  
suæ executionem. Felix illa anima,  
quæ Deum sincerè diligens, in  
hoc exilio præsentiam eius li-  
bero, claro, sereno, & simplici  
mentis intuitu (gratiâ eius adiu-  
vante) contemplari novit;

§. II. *Obiectum secundum*

SACROSANCTA TRINITAS.

1.  
Modus fi-  
dem pie  
vuminâ-  
di in my-  
sticis sa-  
visima

Quando mentem tuam subit  
adorandæ Trinitatis memoria,  
non fabrices tibi, more Ethnico-  
rum, tres deos: sed crede, Patrem  
& Filium & Spiritum sanctum

esse unum Deum, qui est intermi-  
na plenitudo essentiæ, vitæ,  
potentiæ, sanctitatis, sapientiæ,  
bonitatis, suavitatis, venusta-  
tis, opulentiæ, nobilitatis bea-  
titudinis, gloriæ, & omnimodæ  
perfectiōnis. Crede, \* inquam,  
tres increatas personas esse unam  
Deitatem, unam substantiam live  
essentiam, creaturas omnes infi-  
nitè transcendentem, immen-  
sam, non aliunde dependentem,  
nullius indigam, per se subsisten-  
tem, sibi que sufficientem, sum-  
mè fulgidam, summè pulchram,  
summè jucundam, summè tran-  
quillam, summè amabilem, sum-  
mè perfectam, superessentialem  
atque simplicissimam, quæ neque  
corruptibilibus oculis videri, ne-  
que intellectu comprehendi po-  
test. Venerare unitatem substan-  
tiæ in personarum trinitate, &  
Trinitatem personarum in uni-  
tate substantiæ. Vna & individua  
essentia, tres personæ; \* & tres  
personæ sunt una atque indivi-  
dua essentia. Omnino Pater &  
Filius & Spiritus sanctus (quod  
ad substantiam attinet) unum  
sunt, cum tamen in personis ma-  
gna sit distinctio. Alia est perso-  
na Patris, alia Filii, alia Spiritus  
sancti; sed non est alia essentia Pa-  
tris, alia Filii, alia Spiritus sancti:  
nam Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti una est substantia, una na-  
tura, una Divinitas, una mase-  
stas. \* Sicut confitemur, Patrem  
ingenitum, esse perfectum & in-  
commutabilem Deum, sive inte-  
gram

Trinitas.

\* Vni-  
tas na-  
tura di-  
vinæ &  
perfe-  
ctiōnes  
simpli-  
citer  
simpli-  
ces.

\* Tri-  
nitas  
Personarum.

\* Pro-  
prietates  
singula-  
res in trini-  
tate  
persona-  
rum.

SPUCU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

gram veramque Divinitatem esse in Patre: ita confiteri debemus, Filium à Patre genitum, esse perfectum atque incommutabilem Deum; & Spiritum sanctum à Patre Filioque procedentem ( qui est amor Patris & Filii ) esse perfectum incommutabilemque Deum.

\* Ac-  
quali-  
tas om-  
nium.

\* Attamen Pater & Filius & Spiritus sanctus non sunt tres Dii, sed unus perfectus & incommutabilis Deus, unus Dominus, unus æternus, unus omnipotens, unum principium omnium rerum conditarum. Quidquid una persona secundum substantiam est, hoc ipsum est & quævis alia. Planè quidquid est in una persona, id ipsum totum etiam in qualibet alia est: neque una aliquid minus habet quàm tres simul, nec

\* Mod' proceffionum divina- rum.

tres simul aliquid plus habent quàm una sola \* Pater à seipso est, sui ipsius æterna essentia est, & à nullo quidquam accipit: Filius non est à seipso, est enim à Patre solo, & à Patre habet quidquid habet: Spiritus sanctus etiam non à seipso, sed à Patre & Filio est, habetque à Patre & Filio quidquid habet. Pater communicat se totum Filio: nam dat ei totum esse suum divinum seu totius Divinitatis suæ plenitudinem, & unà cum Filio dat eandem Divinitatis plenitudinem Spiritui sancto. \* Nihil tamen est in gloriosâ Trinitate prius vel posterius, nihil majus aut minus: sed ipsæ tres divinæ personæ, quibus una eademque est substantia,

\* Con-  
terni-  
tas.

sunt eoæternæ & summè æquales, summèque similes, atque in se invicem manent. \* In Patre totus Filius est, & totus Spiritus sanctus: in Filio totus Pater est & totus Spiritus sanctus: in Spiritu sancto totus Pater est & totus Filius. \* Licet verò, attribuaturs Patri potentia, & Filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas; ipsarum tamen trium personarum una eademque est potentia, sapientia, ac bonitas. Persona Filii assumpsit naturam humanam, nõ autem persona Patris, neque persona Spiritus sancti: incarnationem tamen Filii tota Trinitas operata est. Nam sicut trium personarum una est essentia, ita etiam una est operatio, una & eadem voluntas.

In anima hominis pulchrè relucet sanctæ Trinitatis imago. Habet enim anima rationalis ( sicut habent & spiritus Angelici ) tres naturales vires admodum excellentes, nempe, memoriam, intellectum, & voluntatem: quas Deus illi indidit, ut ipsa Deum memoria recolere, intellectu cognoscere, voluntate eligere & diligere, atque eo frui possit. Quemadmodum autem Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt unus Deus, sive una divina substantia; ita tres illæ superiores spiritualesque animæ vires, sunt una mens, sive, una animæ essentia. Tres æternæ & inseparabiles personæ Divinitatis inseparabiliter operantur: & prædictæ tres potentia

\* Cog-  
xiffen-  
tia.  
\* attri-  
buta  
trium  
personarum  
& opo-  
ratio.  
nes Hy-  
autem  
omnia  
invenit  
Lectio  
tum in  
Symbo-  
lo Atha-  
nassi, in  
in Schol-  
lastico  
Docto-  
ribus  
pud D.  
Lectio  
per quod  
trinitas  
omnes  
quæ de  
Deo  
no &  
quæ de  
Deo  
trino  
agent  
Trin-  
ta in  
in hoc  
ne.

**S**piritus **S**ensus  
**L**UM SEP  
**S**PIRITUA-  
**L**E.  
 tentiæ animæ etiam inseparabi-  
 les operantur inseparabiliter. Ne-  
 que enim memoria aliquid reco-  
 lit aut cogitat sine intellectu &  
 voluntate: nec intellectus ali-  
 quid cognoscit sine memoria &  
 voluntate: nec voluntas aliquid  
 eligit vel diligit sine memoria &  
 intellectu. Istæ tres \* potentia  
 animæ sunt spirituales sensus:  
 nam visus attribuitur vi intelle-  
 ctivæ, auditus vi memorativæ,  
 odoratus, gustus, & tactus vi affe-  
 ctivæ sive amativæ, hoc est, vo-  
 luntati. Sicut autem spiritus præ-  
 stantior est corpore, ita illi sensus  
 perfectiores & digniores sunt sen-  
 sibus corporis. Porro ea anima  
 quæ supra vires suas naturales  
 sublevata, meretur in simplici ef-  
 fectia sua occultissimoque fundo  
 invenire Deum, ei que sine medio  
 uniri, † videt, audit, odoratur,  
 gustat & tangit quod nullis ver-  
 bis enarrari potest.

**3.** Nō nisi sobriè loquaris de my-  
 sterio altissimæ Trinitatis: quia  
 tam impossibile est ut quis illud  
 explicet, quàm impossibile est ut  
 † In intima animæ cum DEO unione ac  
 mystica fruitione esse operationes delecta-  
 tionis internas, functionibus externis  
 quinque sensuum corporeorum responden-  
 tes, doctè, piè, subtiliter docuit S. Augusti-  
 nus lib. 10. Confessionum cap. 6. ubi sic ro-  
 gat Deum: Quid amo, cum te amo? Et mox si-  
 bi respondet: Amo quandam lucem, & quan-  
 dam vocem, & quandam odorem, & quandam  
 cibum, & quandam amplexum, cum amo DEVM  
 meum: lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum  
 interioru hominu mei; ubi fulget anima, quod  
 non capit locus; & ubi sonat, quod non rapit tem-  
 pus; & ubi olet, quod non sargit status; & ubi  
 sapit, quod non minuit edacitas; & ubi haret,  
 quod non divellit facietas. Hic est quod amo, cum  
 DEVM meum amo.

homo in terra stans, cælum digi-  
 to contingat. Quis enim dicat,  
 vel etiam intelligat, uti Pater per-  
 ennem essentiam suam clarissimè  
 perspicuens, seque perfectè cogno-  
 scens, Verbum suum proferat, seu  
 Filium generet sibi consubstan-  
 tialem, coæternum, & coæqua-  
 lem? Nam illa sui cognitio, Filii  
 sui in æternitate generatio est.  
 Quis item capiat, uti Spiritus  
 sanctus procedat atque emanet à  
 Patre & Filio, quibus etiam con-  
 substantialis, coæternus, & coæ-  
 qualis est? Ista omnem intelle-  
 ctum humanum excedunt.

Veruntamen ut etiam sensibili  
 similitudine confirmetur in te fi-  
 des, qua credere debes Filium esse  
 æternum, & Spiritum sanctum  
 æternum, sicut Pater (à quo pro-  
 cedunt originemque accipiunt)  
 æternus est: attende uti splendor  
 & calor ab igne quidem vel flama  
 procedunt, qui tamen igne  
 posteriores tempore non sunt.  
 Nam eo ipso momento quo ignis  
 est, etiam splendorem & calorem  
 emittit, nec unquam ignis sine  
 splendore caloreque esse potuit,  
 adè ut si ignis esset æternus,  
 splendor quoque ejus esset æter-  
 nus, & calor æternus. Itidem tam  
 splendor quàm calor procedens  
 à sole, coævus est soli.

Incomprehensibilis illa gene-  
 ratio atque processio in sanctissi-  
 ma Trinitate, sicut initium nun-  
 quam habuit, ita nec finem un-  
 quam habitura est: si enim ha-  
 buisset initium, vel si aliquando  
 desi-

**S**PECU-  
**L**UM SP  
**R**ITUA-  
**L**E.

**4.**  
 Exempla  
 Trinita-  
 tem ad-  
 umbran-  
 ria, val-  
 de obscu-  
 ra & re-  
 mota si-  
 militudi-  
 ne tantu  
 mysteriu  
 aliquo  
 modo re-  
 presen-  
 tant.

**5.**  
 In Trini-  
 tate pro-  
 cessiones  
 persona-  
 rum sine  
 incompre-  
 hensibi-  
 les.

L 1

desi-

SPECU-  
LUM SPI-  
RITU-  
LE.

desineret, aliqua mutatio circa di-  
vinitatem facta esset aut fieret,  
quod nullo modo fieri potest: nā  
natura & substantia divina est in-  
commutabilis. Cū quælibet di-  
vina persona sit perfectionis infi-  
nitæ, & quælibet aliam limpidi-  
simè intueatur, plenissimèq; com-  
prehendat; diligunt utique se in-  
vicem ipsæ tres personæ amore  
jucundissimo, ardentissimo, pror-  
susque infinito. Sed præstat de  
tanto mysterio aliquid intus ex-  
periri, quàm ore multa dicere. Tu  
in his quæ ratione & intellectu  
comprehendere nequis, fidem in-  
tegram retinens, simpliciterque  
credens quod Catholica credit  
Ecclesia, humilitati atque amori  
da operam.

§. III. *Objectum tertium.*

ATTRIBUTA DEI.

1.  
Perfectio-  
nes Dei  
opime  
conside-  
rantur  
per ad-  
spiratio-  
nes ad  
Iesum.

Attende tota animi devotione  
Domini Dei tui bonitatem, dul-  
cedinem, pulchritudinem, pieta-  
tem, misericordiam, charitatem,  
fidelitatem, atque ejus generis al-  
ias ipsius amabiles perfectiones,  
quæ profectò prorsus immensæ  
& incomprehensibiles sunt. Si  
ad JESUM per amorosa atque  
jaculatoria verba adspirare libet,  
potes mente vel etiam ore hæc  
aut similia dicere: *O bone JESU,*  
*utinam mundus & innocens coram*  
*te essem! Utinam vera humilitate*  
*perfectaque mei resignatione tibi*  
*placerem! O dilecte mi, charissime*  
*mi! O dulcedo cordis mei, vita ani-*  
*ma mea! O purum gaudium meum,*  
*& casta delicia mea! O Domine Deus*

*meus! quid volo præter te? Tu mi-*  
*hi sufficis: tu es unicum atque ju-*  
*cundissimum bonum meum. Ego te*  
*ulnis animæ meæ suaviter amplecti*  
*desidero. Eia accende & concrema*  
*me igne amoris tui. Da ut di-*  
*ligam te toto corde, tota anima, &*  
*tota virtute, pro grata voluntate*  
*tua, &c.*

Non sis tamen in his nimius,  
nec vehementior quàm oportet,  
sed discretionis moderationem  
diligenter servato, ne caput tuum  
lædas, & naturam prægraves ac  
destruas. Quando autem contin-  
git te dolorem aliquem ex spiri-  
tualibus exercitiis contrahere ac  
sentire, offer illum DEO in lau-  
dem æternam, & patiens esto.  
Qui nulla virium suarum ratio-  
ne habita, conatu prorsus vio-  
lento *a* atque importuno sese  
incessanter introvertere, mentem-  
que suam in DEUM elevare ni-  
titur: is non permittit, ut DEUS  
in ipso requiem habeat. Verunta-  
men malæ cogitationes salutari-  
bus cogitationibus pellendæ, &  
cordis oculi ad Dominum ubi-  
que præsentem amancer, placi-  
dè, & simpliciter reflectendi sunt.  
Certè, sicut is qui acriter sitit,  
non facilè obliviscitur sitis suæ:  
ita is qui DEUM impensè amat,  
ut crebrò illius recordetur neces-  
se est, si mens ejus aliis cogitatio-  
nibus impedita non fuerit. Ubi *b*

*a* Violenta contentio, & importunus co-  
natus non probatur in praxi introversionis.  
*b* Ubi amor, ibi oculus; & suaviter quis-  
que cogitat quod amat.

enim

enim amor & cura, ibi oculus atque cogitatio. Quilibet prudenter considerare debet mensuram gratiæ quam à Deo accepit, quia Spiritus sanctus dona sua variè distribuit.

§. IV. *Objectum quartum,*

## O R A T I O.

Luc. 18. *Orans in*  
*quodidie*  
*1 Thess.*  
*5.*  
Per verba illa Evangelii, *Oportet semper orare, & non deficere;* atque per ista sancti Pauli, *Sine intermissione orate,* non jubemur absque cessatione aliqua continuare orationis exercitium (neque enim hoc fragilitas humana præstare potest) sed monemur non ita deserere orationem, quin quotidie illi diligenter instemus certis horis. Et profectò, homo bonæ voluntatis, qui semper bene agit, & cuncta opera sua refert ad honorem Dei, semper orat.

§. V. *Objectum quintum,*

## S A C R A L E C T I O.

Fructus  
& usus  
& modus  
sacrae  
lectionis.  
Dum sacrae lectioni convenienter intendis, aut aliquid aliud ad laudem DEI ritè facis, sæpè non minorem, imò fortè majorem fructum refers, quàm si orares. Neque enim orationes tantùm, sed & quæque salutaria verba ad gloriam Dei lecta vel audita, & quælibet piæ actiones atque cogitationes, animam mirificè exornant. Verè mens boni hominis ex spirituali doctrina multæ præclaraque commoda recipit: nam & conservatur munda, & ignorantiam deponit, & tranquillia redditur, & illuminatur, & nutritur, & excitatur, & robo-

ratur, & eximiuni decorem accipit. Igitur lege vel audi libenter verbum Dei sanamque institutionem, à quocunque etiam homine proferatur, & quantumcunque simpliciter annuntietur aut scribatur: sed corruptam pestiferamque hæreticorum doctrinam execrare. Etiam si quis exactè non intelligat, neque memoriâ retinere possit pia, quæ ad laudem Dei legit vel audit; nihilominus talia plurimum animæ profunt. Certè interim, dum bona sic leguntur vel audiuntur, tempus homini minimè perit: sed dum leguntur etiam plurima & optima, si pura rectave intentio legenti deest, perit utique ei tempus.

§. VI. *Objectum sextum,*  
EXERCITIORUM VICIS-

## S I T U D O.

Non nimis diu uni alicui exercitio insistendum est, ne fastidium generet, & animum segniter reddat: sed convenienter varianda sunt exercitia. Si tibi in orationibus vel meditationibus atque exercitiis sanctis desunt lacrymæ externæ, non id te perturbet; nam homini Deo placere cupienti non desunt internæ lacrymæ: & licet oculi ejus non plorant, plorat tamen cor. Pro lacrymis quas non habes, offer Deo Patri lacrymas Christi. Sanè grandis commotio compunctionis sensibilis solet à nonnullis plenumque vitanda est, ne bonæ corporis habitudini & mentis serenitati officiat.

LI 2

Deo,

I.  
Lacry-  
marum  
vicarium  
& uti-  
lium  
fons.

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.2.  
Obser-  
vanda  
praxia  
exercitio-  
rum, ut  
fiant cum  
libertate  
& hilari-  
tate, &  
sine ama-  
re pro-  
prio.Vitanda  
est propri-  
etas affe-  
ctiva.Singula-  
ritates  
gestus ex-  
terni vi-  
siosæ.Habitus  
& situs  
corporis  
inoratio-  
ne.

Deo, divinisque ac spiritualibus rebus intende, hilari, libero, & simplici corde, absque inordinata anxietate & nimia intellectus extensione aut applicatione. Quære item in piis exercitiis tuis Dei honorem potius, quam proprium commodum, seu propriam delectationem. Abdica penitus vitiosam proprietatem: & semper paratus sis ipsa privata exercitia tua intermittere atque relinquere. ubi Deum id velle, vel iustam aliquam causam hoc exposcere cognoveris. Nonnullos invenire est, qui certas quasdam preces ex se susceperunt quotidie legendas: quas si propter negotia & necessitates emergentes, vel propter sanctam obedientiam relinquere cogantur, omnino impacati sunt & inquieti: sed proprietates ista vitanda est. Patres etiam dicunt, hominem inter orandum non debere ostendere gestus singulares, nimiumque notabiles, coram aliis, pectus fortiter & crebro tundendo, suspiria alta emittendo, manus in sublime attollendo, &c. Aliqui plerumque ferventius orant sedendo, quam genua flectendo; alii stando vel inambulando preces suas melius fundunt: tu amplectere quod tibi magis convenire sentis, ita tamen ut in omnibus discretionem serves, & caveas ne aliquem scandalizes. Tam vocalis quam mentalis oratio rite peracta, Deo valde placet.

Memor sis, oro, eorum quæ dulcis JESUS (qui est DEUS, & Dominus, & Pater, & frater tuus) pro te fecit, eique devoto corde gratias age. Ipse factus est homo propter te. Ipse semper & ubique tui recordabatur, teque ante mentis suæ oculos habebat, faciens & tolerans libentissime omnia pro tuâ salute. Inspice & imitare pro modulo tuo ejus humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, benignitatem, modestiam, continentiam, sobrietatem, ac ceteras virtutes sanctas, quæ in eo perfectissime relucent. Vita Christi liber admodum præclarus est, doctis & indoctis, perfectis atque imperfectis (qui Deo placere cupiunt) communis. Qui bene tenuit hunc librum, efficitur eximie sapiens, facileque adipiscitur peccatorum veniam, pravorum affectuum mortificationem, mentis illuminationem, conscientiam pacem & tranquillitatem, firmamque erga DEUM in sincera dilectione fiduciam. Etiam si codices omnes, qui toto orbe habentur, intercidissent; vita & passio Christi abundè Christianis omnibus sufficeret ad virtutem omnem & veritatem perdiscendam. † Sin-

† Hanc piam valde meritorum vitæ & mortis Christi Domini appropriationem, ac si pro uno solo omnia agere ac pati vellet aut voluisset, præclare & solide fundant sancti Patres super Cant. 2. *Dilectum meum mihi, & ego illi*, ut videre est in Commentario doctissimo Michaëlis Gisterii.

REU-  
LUM SPI  
RITUA-  
RE.

gula quæ fecit ac pertulit JESUS, ita considera & recipe, quasi pro te solo illa fecisset atque pertulisset. Neque enim ea tibi minus profunt, quàm si tu solus per Christum redimendus fuisses. Sed & si solus redimi debuisses, ille pro te uno promptissimè & incarnari, & pati, & mori voluisset; addè salutem tuam sinit, & tam ardentè te diligit.

2.  
Passionis  
Dominicæ  
se frequens  
sic recogita-  
tio.

Venerandam ejus passionem, tanquam pretiosam margaritam in scrinio pectoris tui recòditam habe, & eam grato animo revolve. Ecce, Dominus tuus ex summa charitate voluit nimis indigna & acerba perpeti, ut satisfaceret pro peccatis tuis, teque redimeret. Depinge mentem tuam suavissimis imaginibus passionis ejus, & floridam Dominicæ crucis arborem planta in medio cordis tui. Ipsum Dominum Jesum excruciatum, vulneribusque confectum, elige in charissimum spòsum animæ tuæ, eumque amantèr contemplare & amplectere. Nam ex ejus roseis vernantibusque plagis melliflui gratiarum rivi promanant. Qui os animæ suæ patulo lateri ejus convenienter admovere, ibique commorari, & ad intima cordis illius pertinere novit, is utique vinum vitæ æternæ degustat, & perspectum habet quàm amœna paradisi sit JESUS. Neque scribi, neque cogitatione comprehendi potest, quantum fructum bonæ voluntatis & humilis referat ex pia me-

ditatione passionis Dominicæ. Istæ quàmlibet modico affectu aliquid de vita & passione Christi legat aut ruminet, non potest non maximam inde utilitatem capere: quemadmodum is qui digitos in farinam mittit, non potest non habere eos farinâ conspersos. Sed qui ipsam Domini passionem etià cum larga lacrymarum effusione recolit, & tamen veram humilitatem, patientiam, resignationem atque charitatem negligit, certè parvum aut nullum fructum ex sua meditatione reportat.

Non contristeris, si Deus in hac vita te minimè provehit ad sublimem contemplationis gradum: sed roga eum instanter, ut det tibi bonam, humilem, resignatamque voluntatem, & eam in te ad finem usque conservet: pete ab eo, ut juxta gratissimum beneplacitum ipsius semper vivere possis. Et quia cares pennis quibus ad alta evoles, mane tanquam parvus pullus sub alis divinæ amantissimæque gallinæ, id est, sub alis æternæ Sapientiæ pro te incarnatæ. Abde te, & conquiesce in sacratissima Christi humanitate. Hæc enim in procelloso mari præsentis sæculi, erit tibi tanquam navis tutissima, qua ad salutis portum perducèris, etiam si Divinitatem plenius hîc non cognoscas, ubi nimirum *corpus aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Haberes autem ipsius Divinitatis eminentiorem notitiam, si celsissi-

3.

Postula  
magis  
signatum  
animum,  
quæ sub-  
limem  
contem-  
plationis  
modum ac  
gradum.

Sap. 9.



SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

4.  
Humani-  
tas Chri-  
sti ostium  
per quod  
ad missu  
Deitate.

mus Deus crebris fulgoribus men-  
tem tuam irradiaret, teque in di-  
vinam transformaret claritatem.

Veruntamen (sicut alibi supra  
monuimus) intuere Christum in-  
ternis oculis, non ut hominem  
tantum, sed ut verum Deum &  
verum hominem: intuere eum ut  
præcellentem gemmam divinæ  
nobilitatis, & elegantem florem  
dignitatis humanæ. Licet enim  
lucidissimos Divinitatis radios  
perfectius conspicerere nequeas: po-  
tes nihilominus credere ipsam  
fulgidam Divinitatem in huma-  
nitate & corpore Christi ceu in  
venerabili templo habitare. Si  
hoc credideris, & humanitatem  
Christi ita consideraveris, non e-  
longaberis ab ejus Divinitate,  
sed eam satis convenienter utili-  
terque retinebis.

5.  
Fides In-  
carnatio-  
nis quo  
pacto con-  
cipien-  
da.

Quando ipse Unigenitus Dei  
pro salute mundi in utero beatæ  
Mariæ virginis de Spiritu sancto  
conceptus est, assumpsit quod non  
erat, & mansit quod erat. Assum-  
psit enim corpus & animam ra-  
tionalem, assumpsit, inquam, to-  
tum hominem, & mansit DEUS.  
Natura divina & natura humana  
(quæ multum sunt diversæ) mira-  
biliter fuerunt unitæ. Nō est mu-  
tata Divinitas in carnem (natura  
enim Divina incommutabilis est)  
sed humanitas assumpta est in  
Deum. Mansit utraque natura in-  
tegra & salva cum suis proprietati-  
bus. Tunc ergo æternum Ver-  
bum, anima rationalis, & caro  
humana convenerunt in unam

personam: ita ut illa tria sint una  
persona, unus Christus. Propter  
quam admirandā unionem, san-  
ctissima Christi anima ab exordio  
creationis suæ semper contem-  
plabatur limpidissimè gloriosam  
Trinitatem.

Unde & cum pateretur, atque  
in Cruce penderet Christus, frue-  
batur secundum superiores ani-  
mæ vires Divinitate, sicut modò  
fruitur in cælo: sed secundum car-  
nem, viresque animæ inferiores  
ac sensitivas, durissimis crucia-  
tibus affligebatur. Et ut sua passio  
esset acerbior, non permisit tunc  
redundare consolationem à supe-  
riore animæ portione in inferio-  
rem sensitivamque partem. Hinc  
in Cruce attendens se ita afflictū  
& consolationis influxu desti-  
tutum, ex parte humanitatis cla-  
mabat: *Deus meus, Deus meus, ut  
quid dereliquisti me?* Iste Filius  
Dei vivi, Verbum & Sapiaentia  
Patris, vera atque increata lux,  
secundum Divinitatem ubique  
præsens est, æqualis Patri & Spi-  
ritui sancto est: sed secundum hu-  
manitatem minor est Patre &  
Spiritu sancto, atque etiam seiplo:  
neque enim creatura Creatori æ-  
qualis esse potest. Et quidem hu-  
manitas Domini JESU ipsissima  
ianua est qua in Divinitatem il-  
lius intratur.

Fortè cupis expressius audire,  
quando Trinitas Deus creaverit  
corpus & animam Christi: au-  
sculta igitur. Mox ut beata Vir-  
go Maria per humilem sui reli-  
gnatio-

## CAPUT XI.

*Semper anhelandum ad mysticam  
unionem cum DEO.*

## §. I. VNIO MYSTICA CVM DEO.

1. *Quomodo fiat in anima devota.*
2. *Quomodo in hac unione anima seipsam & omnia creata perdat, & Deum sine imaginibus contempletur.*
3. *Pauci ad eam pertinent, & ij debent cautissime ambulare, & vigilanter sese exercere in omni bono opere contra fraudes diaboli.*

## §. II. Est enim VNIO quædam FALSA, quam aliqui ut unionem cum Deo amplectantur.

1. *Nimirum otiosa quies animi, in iis qui negligunt & despiciunt exercitia virtutum, quo ipso conuincuntur, non esse veri contemplatores; sed misere decepti & seducti.*
2. *Quare ij soli debent ad veram unionem aspirare, quos Deus ed vocat, vel ratione statui contemplatiui, vel per prudentes directores.*

## §. III. REVELATIONES seu VISIONES.

1. *Non sunt optande nec petende.*
2. *Quomodo vera visiones discernantur à falsis & diabolicis illusionibus.*
3. *Humiles anime per falsas iuusiones non facile seducuntur.*

§. I. VNIO MYSTICA  
CUM DEO.

**M**AGNA res, magnaprorfus  
res est, tempore hujus exilii  
Deo per mysticam nudamque  
unionem in divino lumine copu-  
lari. Fit autem hoc, quando munda,  
humilis, & resignata anima  
ardenti charitate succensa, supra  
seipsam Dei gratia evehitur, &  
ad ingentem divinæ lucis claritatem,  
menti affulgentem, amittit  
omnem considerationem atque  
distinctionem rerum, deponitque  
imagines etiam excellentissimas,  
actota amore liquefacta, & velut  
ad nihilum redacta, defluit in  
DEUM. Tunc enim sine medio

*Unio mystica quomodo celebretur in anima devota.*

con-

gnationem, assensum præbuit, dicens Angelo incarnationem Filii Dei sibi annuntiasti, *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*: Spiritus sanctus in illam descendit, & in momento ipse cum Patre & Filio formavit, ex purissimo ejusdem sacræ Virginis sanguine, corpusculum humanum, membris omnibus absolutum atque perfectum: creavit eodem momento animam rationalem, quam eo ipso temporis puncto univit illi corpusculo. Aliorum infantium corpora non repente, sed paulatim formantur in membra; quæ ubi jam in utero materno perfecta sunt, Deus animam in momento creat, creandoque infundit corpori. Sicut diximus, humanitas Christi via & janua est, qua ad Divinitatem pertingitur: nec aliquis ad sublimioris contemplationis quietem divinamque unionem tutò adspirat, nisi virtutes Christi sanctissimas diligenter imitari, & amabilem humanitatis & ejus imaginem animæ suæ per devotam meditationem imprimere conetur.

† Audiant hoc Mystici, qui omnes imagines a contemplatione mystica excludunt. De qua re, & de nonnullis Theologiæ mysticæ locutionibus mysteriosis ad normam Theologiæ Scholasticæ revocatis & explicatis, quales crebrò in Blosiana doct. ina occurrunt, & videre licet cap. xi. proxime sequenti, magnopere suadendum est, ut pius & solida veritatis amans Lector adire velit R. P. Maximilianum Sanctærum, toto quidem libro Theologiæ mysticæ, sed maxime in quinque Exercitationibus de Contemplatione, ut vocat, pura.

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

conjungitur DEO, & efficitur unus spiritus cum eo, atque in illū transformatur transmutaturque, sicut ferrum in igne positū transformatur in ignem, non desinens esse ferrum. Fit unum cum DEO, non tamen ita ut sit ejusdem substantiæ & naturæ cum Deo. Qui-escit hic anima, cessatque à propria actione: & oprabilem Dei operationem dulciter sustinens, pace gaudioque ineffabili abundat. Tantum gustum hic percipit, ut ei cælum, terra, & quæcunque in illis sunt, præ consolationis magnitudine colliquefcere, atque in nihilum redigi posse videantur. Ipsa quippe supra naturalium virium suarum operationem sublevata, pervenit ad silentem & tranquillam essentiam suam; ubi unitas simplicitasque est, & ubi Deus habitat: jamque æterna Veritate reperta, inexhaustas opes possidet. Felix planè illa anima, quæ supra omnia creata, supraque propriam actionem evecta, in vi memorativa nudatur omnibus imaginibus, & meram puritatem sentit: in vi intellectiva percipit præfulgidas illuminationes Solis justitiæ, & divinam veritatem cognoscit: in vi autem amativa sentit æstum quendam quieti amoris, sive contactum Spiritus sancti, tanquam fontem vivum rivulis æternæ suavitatis manantem, atque ita ad excellentem cum DEO unionem introducitur. *a*

*a* R. P. F. Thomas à Iesu in via & vita my-

stica dux & magister à Deo ductus, & doctus libro 4. divinæ seu à DEO infusæ Orationis capp. 2. & 9. texens catenam ab Apostolis per antiquos Patres, omnium Doctorum qui de unione mystica, fructiva, & supernaturali scripserunt, ad extremum citat & laudat D. HLudovicum Blosium, & ea documenta recenset quæ hoc loco traduntur, & quæ in Institutione spirituali cap. 12. & alibi sanctorum Patrum dictis consonantia.

Igitur anima vastissimam Divinitatis solitudinem ingressa, feliciter se perdit: & lucidissimæ caliginis claritate illustrata, præ cognitione fit quasi sine cognitione, atque in sapienti quadam ignorantia constituitur. Quæ licet nesciat quid sit DEUS, qui nuda charitate unita est, licet non videat Deum sicuti est in gloria sua, experimento tamen dilcit, illum infinitè transcendere omnia sensibilia, & quidquid de Deo scribi, dici, vel humano intellectu apprehendi potest. Sentit longè aliud esse, sine imaginibus in Deū excedere, quàm in nobilibus aut diuinis imaginibus atque similitudinibus Deum intueri. Denique per intimum amoris complexum contactumque melius Deum cognoscit, quàm exteriores oculi visibilem solem cognoscant. Hujusmodi anima optimè scit quid sit vera contemplatio: nam nam aspectus ejus in regionem ineffabilis lucis directus, ibique defixus, feliciter cernit quàm angusta & exigua, ac pænè nihil sit omnis creatura, comparata celsissimo atque intermino Deo. *b*

*b* Hic etiam atque etiam monendus & obsecrandus est mysticæ hujus unionis candidatus, ut pro sana intelligentia, & tuta praxi Institutionum istarum Blosianarum, velit

Sæcu-  
lum SPI-  
RITUA-  
lis.

velit consulere R. P. Maximilianum Sandaui, Theologiae mysticæ seu Contemplationis divinæ Religiosorum à calumniis vindicatae commentatione 6. quæ agit de Unione Mystica per Exercitationes triginta, quibus ad momenta Theologica expendit, citatis sententiis S. Augustini, S. Bernardi, & aliorum sanctorum Patrum, item D. Thomæ, R. P. Francisci Saaresii, & aliorum Theologiae Doctorum, quidquid hic & alibi tradit Blosius de unione nuda & sine medio, de transformatione in Deum; de cessatione operationis potentiarum animæ, de sensibus & sensatione interna mystica, de silentio & quiete essentia, de nuditate ab imaginibus ac imaginationibus, de solitudine, de caligine de aliis atq; aliis ad eandem mysticâ scientiam spectantibus; quæ subtilissimè & solidissimè aliis etiam toto illo libro commentationibus enucleantur.

3.  
Non om-  
nes DEI  
servi  
mysticam  
illam u-  
nionem  
attingunt.  
& dan-  
tur bona  
consilia  
quæ qui  
eam at-  
tingunt.

Sed non omnes servi DEI in hoc sæculo ita rapiuntur supra seipos, non omnes ita pertinent ad occultum, simplicem, nudumque & Deiformem animæ fundum, non omnes admittuntur ad mysticam illam præcellamque cum DEO unionem, ad quam nullus proprio conatu aut labore pervenire potest, nisi speciali gratia DEI adjuvetur. Qui autem illuc admittuntur, debent, præclara illa Dei operatione in ipsis cessante, mox resumere propriam actionem, & sanctas imagines, bonaque opera atque exercitia: debent humiles manere, & in proficiendi desiderio persistere, sicque se gerere quasi nunc primum melius vivere cepissent. Neque enim durante hac vita tam altè vel profundè in DEUM ingredientur, quin quolibet momento sublimius profundiusque in illum ingredi queant: & aliquid in

eis semper refidebit, quod nondum satis mortificatum sit. Estò, non amplius moveantur isti mortalium creaturarum aspectu; adhuc tamen necesse est ut vigilent, & seipos ad mortem usque diligenter observent. Certè Rex David vir secundum cor Dei, qui in adolescentia pascens ovium greges, gratiam eximia contemplationis acceperat, hic ipse post propheticas mirasque illuminationes (ei enim incerta & occulta sapientiæ suæ DEUS manifestaverat) post crebras divinæ dulcedinis degustationes, post mystica transformationes, & amorosos ardentisque in DEUM excessus, jam senex in gravissima scelera prolapsus est, nempe in adulterium & homicidium.

§. II. FALSÆ UNIONIS PERICULUM.

Nonnulli perfectionem stolidè in hoc constituunt, ut ipsi quieti ac liberi intellectum suum ab imaginibus expedire, seseque cum otiosa & nuda sensualitate intra seipos recipere possint: negligentes interim DEI amorem, & quælibet pia opera atque exercitia. Qui quidem falsæ quietis sectatores, cum seipos impurissimè quærant, & in seipsis potius quàm in Deo delectentur: misera diaboli mancipia sunt. Legitimi verò contemplatores supernaturalisque quietis cultores, ita mentis nuditatem & sanctum

Falsa u-  
nio &  
quies, pe-  
riculosa  
& otiosa.

Peri-  
culo-  
sus, im-  
plato-  
res, opera  
bona non  
deserunt,  
sed ex o-

M m otium

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LI-  
oio suo &  
quiete li-  
benter ad  
negotia  
obedien-  
tia aut  
charita-  
tū egre-  
diuntur.

otium sectantur, ut tamen bona opera atque exercitia non deserant. Nam & virtutibus dant operam pro viribus, & DEVM laudant, & passionem Dominicam recolunt, & gratias agunt, & frequenter orant si eis vacat, & DEO per sinceram charitatem adhærent: honorem item DEI potiùs quàm propriam delectationem spectant & quærent. DEUS in eis nobilissimum opus suum peragit: quia ipsi divino amore pleni, per internum silentium sese nudos & simplices exhibent, nihil cogitando, nihilque considerando. Hoc modo ab omnibus imaginibus gratiâ DEI expediti, rapiuntur, & evolant ad divinæ caliginis radium, ac DEO sine medio uniuntur. Plerique pii homines licet eò non pertingant tempore hujus exilii, nonnullam tamen cogitationis simplicitatem in se sentiunt, dū exclusis ab animo tumultibus, jucundam Dñi præsentiam humiliter, placidè & amanter in silentio attendunt, alia queque parum aut nihil considerantes.

2. *Non est cuiusvis vacare unioni, sed eorū qui voluntur.*  
Porò, † quemadmodum foret absurdum, si is, cui Rex demandasset officium standi ante mensam suam & serviendi, injussus mensæ Regis impudenter accumberet: ita improbè facit,

† Laudat hanc doctrinam R. P. Antonius Molina Carthusianus lib. de Oratione, tractatu 2. cap. 6. §. 4. & inter orationes præcepta recitat R. P. Alfonsus Rodericius parte 1. tract. 5. cap. 5.

qui se totum dare vult otio contemplationis, cùm tamen ad illud evidenter non vocetur à Deo. Tu ergo & DEO magis ac magis placere desiderabis atque conaberis, & nihilominus semper contentus eris eâ gratiâ quam tibi largiri dignatur Dominus. Si ipse singulare quidpiam in te operari voluerit, non eum impedias; sed voluntatem ejus decenter sequere, continens, jugiter reipsum in sancta humilitate, tuique nihilipensione.

### §. III. REVELATIONES.

Visiones & revelationes (quæ interdum etiam malis conceduntur) inordinatè non desideres. Illi qui eas vanè appetunt, & eis inconsideratè fidem adhibent atque confidunt, facile decipiuntur à satana, qui se transfiguratur in Angelum lucis, & plerumque vera falsis permiscet, ut fallat. Ipse nonnunquam vera, nonnunquam falsa; sed Spiritus S. nunquam nisi vera revelat, prædicat & annuntiat.

Bono spiritu animam visitante, solet ipsa in initio timore corripitur, sed mox gaudium & consolationem recipit, alacritatemque & pacem internam ac famem virtutum retinet. Diabolo verò se exhibente, timor incussus permanet vel etiam augetur in anima; & quàmvis, dum dæmon sese in Angelum lucis transfiguratur,  
anima

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

anima in principio exhilaretur; postea tamen confunditur, tenebrisque repletur, & impacata redditur. Si videndo visionem aliquam dubitas, donec certior fias, Deum non offendis, etiamsi visio sancta & divina sit. Perpendere diligenter & solerter oportet, utrum ipsæ visiones ac revelationes omni simulatione fictioneque & absurditate <sup>2</sup> careant, utrum item concordent cum fide Catholica, & sacris litteris. Orthodoxorumque Patrum scriptis. Si enim cum illis non concordant, statim rejiciendæ sunt. Illusio diabolica hominem facere solet superbū, irrefignatum, atque in proprio sensu obstinatum: sed revelatio divina hominem reddit humilem; <sup>3</sup> resignatum, & flexibilem. Sunt quidam Deo dediti, qui etiam vigilantes & sani adducuntur operatione Dei à sensibus corporis, ut eis sopitis, perfectè intendant divinis visionibus & revelationibus. †

<sup>3.</sup> Sanè malignus spiritus illos minimè seducit, qui in revelationibus eximia divinæ charitatis dulcedine, puroque intellectualis ac supernaturalis luminis influxu perfunduntur. Et Dominus omnes humilitate non ficta præditos, seque piè quærentes & invocantes, benignè conservat ac protegit, ne diabolicis laqueis irretiti pereant. Nam qui superbiunt, & qui duplicitatem fictionemque aliquam in se occultant, seiplos miserè seducunt, atque in

massam diaboli spontè conjiciunt. Cùm Deus fidelissimus sit Pater, humilibus filiis petentibus panem, ovum, aut piscem, non dat pro pane lapidem, neque pro ovo scorpionem, neque pro pisce serpentem: sed dat illis spiritum bonum, dat quod saluti eorum conducit. Fieri nulla ratione potest, ut ipse humiliter ad se confugientes sibi que verè confidentes derelinquat. Itaque qui humiles sunt, tendiculas satanæ semper effugiunt. Et profectò nullum est veræ sanctitatis certius signum atque argumentum, quàm vera humilitas, & perfecta sui resignatio.

† Has & longè plures notas certas & claras ad discernendum veras visiones & revelationes à falsis, adfert R. P. Martinus Delrio per sex Sectiones in Disquisitionibus Magicis lib. 4. cap. 4. quæst. 3. qua disquirat, quo pacto divina revelatio discernenda sit à diabolica revelatione; quam rem exornat allatis plurimis exemplis, & confirmat citatis plurimis è veteri & nova memoria Auctoribus. Cui lubet, cum fructu leget.

## CAPUT XII.

*Eucharistia veneratio. Cultus Dei-  
pare & Sanctorum celestium.*

## §. I. EVCHARISTIA.

1. Quæ preparatione suscipi debeat.
2. Fides de reali Christi presentia, & mysterio Incarnationis.
3. Multiplex & ineffabilis fructus devota communionis.
4. Quotidie saltem spiritualiter percipienda Eucharistia, & Hostia cum Sacerdote sub sacro offerenda.

§. II. DEIPARÆ Virginis cultus debet esse spirituali anima commendatissimus.

M m 2

§. III. SAN-

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LI.

§. III. SANCTORVM *etiam veneratio  
& invocatio.*  
§. IV. IMAGINIBVS *eorundem cultus  
religiosus licitè & piè, & cum fru-  
ctu exhibetur.*

### §. I. SACRA EUCHARI- STIA.

1.  
Euchari-  
stica sum-  
ptio, &  
ad ean-  
dem præ-  
paratio  
per medi-  
tationem  
passionis  
Domini-  
cæ.  
1. Cor.  
11.  
Luc. 22.

**Q**UANDO admittendus es ad  
cæleste illud convivium, in  
quo Christus sumitur, pia mente  
recole beneficia Dei; maxime-  
que passionem Dominicam, in  
qua inenarrabilis charitas Christi  
erga nos præcipuè relucet. Ipse  
enim de hac mensa loquens ait:  
*Hoc facite in meam commemoratio-  
nem.* Ergo, si tibi vacat, recogita  
vel meditare quid pro te fecerit  
ac pertulerit Dñs Jesus: simulque  
eum roga, ut habitationem sibi  
gratam & amœnam in te præpa-  
ret. Pete, ut deletis omnibus  
peccatis tuis, inopem animam  
tuam meritis ac virtutibus suis  
exornet.

2.  
Cum re-  
verentia  
& fide  
realis  
presen-  
tia Chri-  
sti per  
transub-  
stantia-  
tionem.

Suscipe cum humili reveren-  
tia sacram Eucharistiam, firma  
fide credens, te sub specie panis  
exigui accipere verum & immor-  
tale corpus Christi. Nam virtu-  
te divina per verba consecratio-  
nis (quæ Sacerdos pronuntiat) o-  
perante, panis viniq̄ue substan-  
tia supernaturaliter convertitur  
& transmutatur in Corpus & Sâ-  
guinem Christi. Etiam si multis  
hominum millibus detur ipsa Eu-  
charistia, quilibet eorum Cor-  
pus Dominicum totumque Chri-  
stum accipit; si item unica Hostia

consecrata dividatur in plures  
partes, sub unoquoque fragmen-  
to totus Christus est. Et nihilo-  
minus in cælo ad dexteram Pa-  
tris manet Corpus Domini inte-  
grum, manet totus Christus. Hoc  
grande mysterium, hæc incom-  
prehensibilis transubstantiatio  
fit (ut dictum est) operatione  
Dei, cui nihil impossibile est. Re-  
verà Christus in Eucharistia præ-  
bet seipsum totū tibi: hoc est, præ-  
bet sublimem Divinitatem suam,  
perfectum Corpus suum cum san-  
guine, & sanctam animam suam.

Si dignè vel congruè perci-  
pis venerabile & adorandum hoc  
Sacramentum, multum confir-  
maris stabilirisq̄ue in bono, &  
adversus peccata remedium sin-  
gulare accipis: Deo item vicinius  
jungeris, intimiusq̄ue copularis  
& uniris; denique efficeris ex-  
cellenter particeps omnium me-  
ritorum Christi, omniumq̄ue vir-  
tutum quas ille in vita & passio-  
ne sua exercuit, ditarisq̄ue gratia  
ineffabili. Nulla prorsus lingua  
exprimere, nullum cor compre-  
hendere potest, quàm ingentia  
bona homini proveniant ex pia  
perceptione hujus Sacramenti.  
Glorifica Dominum tuum, qui  
largissima bonitate sua tam ma-  
gnum thesaurum Ecclesiæ suæ in  
misero hoc exilio reliquit & do-  
navit.

Dum non sumis Christum sa-  
cramentaliter, non negligas eum  
sumere spiritualiter; præparans  
te & optans ut ille in animam  
tuam

SPER-  
CUM SPI-  
RITUA-  
LIS.  
grifican-  
dum, &  
cōmuni-  
candū:  
qua prae-  
cis solida  
est, &  
quotidia-  
na esse po-  
teſt.

tua adveniat. Nullus omnino prohibere potest quin quotidie spiritualiter Eucharistiam accipias, si velis. Quoties interes diviniſſimo Miſſæ Sacrificio, Hostiam in eo per Sacerdotem consecratam offer devota mente DEO Patri, in plenam expiationem & satisfactionem pro peccatis tuis: offer eam illi in odorem suavitatis, & laudem æternam, pro tua omniumque salute.

### §. II. S. MARIE CULTUS.

Amoris,  
honoru,  
& 1070-  
ationu  
Maria  
Virginis  
utilitate

Dulcissimam Christi Genitricem Virginem Mariam purè amam, seduloque venerare, & invocare: † quæ non solum perfectorum, sed etiam imperfectorū benignissima consolatrix atque advocata est. Hæc enim nullum à se repellit: sed omnibus se præbet exorabilem. Peccatores ad se piè & humiliter confugientes blandè suscipit, fovet, protegit, & filio suo maternâ fiduciâ reconciliat. Citiùs cælum cum terra perierit, quàm ipsa aliquem seriò se implorantem sua ope destituat. Gratiâ age Domino, qui illam tibi dedit in matrem & adjutricem.

† Hæclogia dulcissima simul ac verissima de patrocinio misericordissimæ Matris & Virginis Mariæ, passim commemorant sancti Patres, quos magno numero profert, & inter illos hæc Blosii aurea verba recitat R. P. Petrus Morales in c. r. Matthæi lib. 3. tract. 1. §. 15. & §. 49. & lib. 3. tract. 9. §. 13.

### §. III. SANCTORUM INVOCATIO.

Venerare etiam alios Sanctos

cæli cives, tanquam inclytos Principes, præclarosque Reges ac Reginas. Neque audias hujus temporis infelices hæreticos, qui stolidissima temeritate asserunt, Sanctos in cælo non cognoscere preces nostras, nec posse nobis auxiliari, ob idque non esse invocandos. Nam Catholica & Apostolica Ecclesia (quæ est columna & firmamentum veritatis) aliter omnino sentit. Certè Sanctorum beatitudo in regno cælesti non admittit ignorantiam & impotentiam, qua hæretici eos laborare dicunt: tibi enim im omnia summe perfecta sunt. Sancti in cælo clarè contemplantur Deum, profusus vident eum sicuti est: nam nisi illum ita cernerent atque cognoscerent, beati nõ essent. Christi enim in Evangelio dicit ad Patrè: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum DEUM verum, & quem misisti JESUM Christum.* Igitur Sancti videndo DEUM facie ad faciem, DEO excellentissimè uniuntur. Et quia unum sunt cum eo qui omnia scit & potest, ipsi quoque in illo sciunt & possunt omnia, quæ ad eorum spectant gloriam: planè sciunt & possunt quidquid volunt. Unde non solum † voces orationum nostrarum, verum etiam sancta

invocati  
multa à  
Deo no-  
bis impo-  
trant.  
Contra  
quem so-  
lum Ec-  
clesia fra-  
stra obla-  
cerat: No-  
vatores.  
1. Tim. 3

Ioan. 37

† Sancti non modò preces, sed & desideria nostra cognoscunt, Deo videlicet, quâdo placet, illis revelante occultas cordis nostri cogitationes; de quo disputant Theologi apud D. Thomam 1. part. quæst. 57. art. 4. & in primis R. P. Franciscus Suarez lib. 2. de Angelis cap. 21.

M m ;

desi-




SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

desideria nostra, & cogitationes quibus eos alloquimur & honoramus, cognoscunt, ac magna fidelitate succurrunt cunctis sese devotè invocantibus. Cùm intimi amici & charissimi filii DEI sint, jamque cum eo gloriosè regnent, mirum in modum Deo placet, ut ab omnibus Christianis in magna veneratione habeantur.

## §. IV. IMAGINES SANCTORUM.

Adver-  
sus Icono-  
clastas  
pro ima-  
ginibus  
disputa-  
tio.Deut. 5.  
Levit.  
26.

Venerare ergo eos ( sicut dictum ) & illorum imaginibus honorem sanctè exhibeto. Nimis disipiunt hæretici ævi nostri, qui imagines Sanctorum reiiciunt, propterea quòd DEUS in Scriptura sua dicat : *Non habebis deos alienos eorum me.* & : *Non facies sculptile ut adores illud.* Vel nolunt vel nesciunt hæretici distinguere inter simulacra deorum, & imagines Sanctorum. Sanè Christiani, Catholicæ Ecclesiæ filii, non adorant more Ethnicorum sculptilia tanquam deos ( quod utique DEUS fieri prohibet ) sed Sanctos in imaginibus suis piè venerantur. Id enim Ecclesia sponsa Christi, quam Spiritus sanctus edocet atque gubernat, hætenus fideliter observat, quod etiam ex traditione Apostolorum accepit.

Contra ariditatem & desolationem  
antidotus.

1. Tempus semper impendendum divinis laudibus.
2. Etiam si ariditas affligat : vera enim devotio in sui abnegatione, & amore divini beneplaciti consistit, non in dulcedine sensibili : qua, si priora duo non adsunt, semper esse debet suspecta.
3. Quamvis etiam eam abundanter & utiliter præbeat Deus Tironibus spiritualibus, ut ad fortiora animentur.
4. Assumenda igitur est indifferentia animi ad ariditatem desolationis, aut pinguedinem consolationis, pro Dei beneplacito, quantum & quamdiu ipse voluerit amplectendam.
5. Non enim in consolatione, sed in ipso Dei beneplacito consistere debet anima : omnem recurvam naturam propriam quæstionem strenuè corrigere.

OMNE tempus traducito ad laudem & gloriam DEI. Dum es incolumis, semper boni quidpiam exerce : dum verò ægrotas, serva mansuetudinem ac patientiam. Nec putes ea quæ piè facis, Deo grata tibi que utilia tunc minimè esse, quando palato cordis tui parùm sapiunt, & quando in illis te sentis minùs alacrem, aut etiam gelu interno contristum, tenebrisque circumfusum.

Vera enim devotio in vera sui ipsius submissione, resignatione, abnegatione ac nihilipensione sita est, potiùs quàm in sensibili sapore & dulcedine. Certè multis ad salutem utilius est ariditatem amaritudinemque cordis sentire, quàm affectuosa desideria & suavitate. Ille DEO valde placet, qui fide, & amore divino plenus, in ipsa sterilitate paupertateque sua interna humiliter dicere novit : *Domine, licet ego immundus sim, & omni con-*  
*sola-*

SPECULUM SPIRITUALIA

*solatione (quam plerique boni homines experiuntur) indignus, te tamen non derelinquam, sed desolatus libenter ero iuxta tuum beneplacitum & permissionem. Nimis infidelis DEO est, qui quando Deus eum consolatur, Deo servire vult; sed quando spirituali consolatione destituitur, mox à Deo recedit, & impura illicitaque solatia perquirat. Si te desiderante divinam consolationem, Deus eam tibi negaret, & tu id pro gloria ejus resignato ferres animo: haud dubie veriùs illam haberes, & centuplò plus præmii apud Deum tibi cumulares, quàm si sensibiliter consolationem percepisses. \* Suavitas illa non est indubitatum sanctitatis signum, sed DEUS eam largiendo manifestat bonitatem suam: nam & his qui pessimè vivunt, illam interdum concedit. Nisi quis percepta suavitate sentiat animi alacritatem, & famem virtutum, maximèque sanctæ humilitatis & obedientiæ atque charitatis divinæ affectum in se remanere; potest habere multum suspectam hujusmodi suavitatem.*

3. Devotio-  
ni sensibi-  
li abun-  
danti-  
a sepe  
datur. Ty-  
ronibus  
velut lac-  
infanti-  
bus, ut  
roboren-  
tur ad ex-  
ercendas  
virtutes.

mirum novelli servi & amici Dei per Divinum amplexum sensibili unione Deo copulantur, osculaque præsuavia ab eo accipiunt. Bona quidem est ista sensibilis unio quæ in hominis natura cum medio fit, modò illi quibus hujusmodi gratia datur, magis ac magis in vera humilitate, patientia & sui resignatione conentur proficere: sed mystica \* verissimaque unio, quam nonnulli perfecti, supra vires suas naturales everti, & abyssò divini amoris absorpti, in suprema nobilissimaque sui portione) hoc est, in mente, sive spiritu, intimoque & nudo animæ fundo) sine ullo medio experiuntur, incomparabiliter præstantior est.

\* Unio mystica est superior omnibus spiritualibus cõsolationibus, quando Deus sine medio seimet offert fruendum.

Tu verò paratus sis ariditatem & angustias cordis, tenebrasque internas omni tempore vitæ tuæ sustinere, si Deo ita visum fuerit. Verumtamen si idem benignus Dominus tibi nimis indigno nonnunquam consolationem dulcedinemque spirituales præstiterit, non eam rejicias: sed humili grataque mente illam recipito, & jugiter retine sanctum DEI timorem. Cave sedulò, ne propter hujusmodi consolationem vanè glorieris, ac tibi placeas: cave ne nimium illi innitaris vel confidas, nève illa abutaris ad propriam voluptatem: neque enim in donis Dei, sed in ipso Deo quiescere debemus.

4. Indifferencia ad consolationem vel desolationem cum in Deo magis quam in Dei donis quiescendum sit.

Natura ubique seipsam quære-  
re solet, idque plerumque admodum

5. Amor proprius

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LIS.  
& pro-  
pria que  
fuit in  
Dei do-  
nis est cor-  
rigenda.

dum occultè, & sub prætextu re-  
ctæ rationis atque eximii boni:  
sed vitiosa propensio ejus soler-  
ter observanda, & diligenter cor-  
rigenda mortificandaq; est. Nam  
propria atque impura quæsitio  
conjuncta divinæ consolationi,  
tanquam foetidum stercus est præ-  
tiosissimo balsamo permixtum.  
Dona Dei integrè in Deum re-  
fundenda sunt: ita ut homo tam  
intactum ab eis se servare nita-  
tur, quasi illa non accepisset.  
Quanto igitur benignius te visi-  
tat & consolatur Deus, tanto sis  
humilior, atque in tui nihilipen-  
sione stabilior: & non deficias a-  
nimo subtracta consolatione, sed  
insistas piis operibus atque exer-  
citiis in penuria interna ac macro-  
re, perinde ut in abundantia &  
gaudio. Pro ipsa cordis tui steri-  
litate & ariditate, offer Patri cæ-  
lesti fervida desideria ardentissi-  
mumque amorem cordis IESU  
Christi: offer sanctam devotio-  
nem & charitatem beatæ Mariæ  
Virginis atque omnium electo-  
rum Dei.

## CAPUT XIV.

### Consideratio novissimorum.

#### §. I. MORTIS.

1. Resignati hominis mors: *secura semper*; & felix.
2. Ideoque mortis recordatio non est ei horro-  
ris, sed in desiderio & delectatione.
3. Quin & omni fidei debet tolerabilis videri,  
si non optabilis.

#### §. II. PATRIÆ CÆLESTIS.

1. Beatitudo quoad animam, ubi est absentia  
omnis mali, visio Dei, & Christi, societas B. Vir-  
ginis, Angelorum, Sanctorumq; omnium, & præ-  
sentia omnium bonorum.

2. Quoad corpus, ubi est ipsius glorificatio, atque  
semper florida, doctes pretiosæ, calor elementa-  
rumq; renovatio.

#### §. III. MISERIÆ INFERNI.

1. Malorum infelicitas in anima, corpore, loco  
carcerali, poenâ maximâ & æternâ.
2. Hæc unusquisque sibi utiliter accommodare  
studeat.

#### §. I. MORTIS CONSIDERATIO.

**P**ermane Deo conjunctus cum  
integra pace in quibuscunq; rerum eventibus. Nam hac ratione & vitam DEO placentem hic ages, & tandem sancta morte hinc emigrabis. Morieris in gratia atque amicitia Dei: & mortua introitus erit ad veram vitam, juxta promissum Domini JESU dicentis: *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum.* Animæ tuæ è corporis ergastulo egredienti; idem Christus hæc aut similia verba blâdissimè insufurrabit: *Salus tua ego sum. Ego Creator, Redemptor & amator tuus, per angustias mortis quaesivi atque acquisivi te: semper mecum eris, noli timere.* Ad hunc modum te bonæ & resignatæ voluntatis hominem tunc consolabitur Dominus Deus tuus.

Non ergo inordinatam tristitiam tibi adferat mortis memoria, sed te exhilaret potius, quem admodum exhilarabat sanctam quandam \* Virginem, quæ dicebat Deo: *O Domine, quando tandem corpus meum (teperimente) revertetur in pulverem, & anima mea resuet in te suam originem?*

Huic

SPREU-  
EUM SPI-  
RITUA-  
RE.

Hunc profectò mors in desiderio erat, vita in patientia. Non etiam sollicitè & anxie cogites, quoniam mortis genere hinc sis exiturus: sed te totum dispositioni & voluntati Dei securè committe.

3.  
Qui mor-  
tem non  
optat, sal-  
tem eam  
patienter  
tolerati.

Quòd si mors tibi fortè optabilis non est, sit saltem tolerabilis. Dic Domino: *Fiat voluntas tua.* Rex tuus Jesus moriendo, viam tibi stravit, commodamque reddidit: sequere humiliter quàm ille præcessit. Etiam si formides ac metuas, persiste tamen in sancta spe & fiducia erga bonum Dominum tuum, qui non ut severus iudex, sed ut misericors pater tecum agere vult, qui & ipse (ut suprà diximus) pavere ac tristis esse voluit antequam moreretur, ut te paventem atque contristatum consolaretur. Tristitiam tuam tristitiæ ejus unitam, offer illi in laudem æternam: & mortem tuam commenda ei in unione mortis ipsius. Innumera bona tibi DEUM timentis & amanti mors adferet. Cerrè ubi hac vita defunctus fueris, nullo amplius peccatò inquinaberis, nunquam amplius Deum offendes, nullum amplius impedimentum tibi corpus istud corruptibile præstabit.

Mar. 14

§. II. CONSIDERATIO PARADISI.

I.  
Patriæ  
malesitiæ  
beatitudi-

Pervenies autem post purgationem ( si tamen adhuc purgari debueris ) ad patriam cælestem,

patriam claritatis æternæ, patriam semper florentem atque amoenissimam: ubi nulla est infirmitas, nulla corruptio, nullus metus, nulla sollicitudo, nullus moeror, nulla indigentia, nulla afflictio, nulla molestia aut miseria.

Ibi felicissimè perfruearis summo illo & incommutabili bono, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis mortalitatis ascendit. Clarissimè enim videbis gloriosam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum summè amabilem Deum. Eris in Deo, & Deus erit in te modo excellentissimo. Tu Deo ita unitus, bonitatis ejus dulcedinem perfectè gustabis, & torrente divinæ voluptatis prorsus inebriaberis. Plenissimè tunc cognosces atque senties, quàm immenso amore ille te ab omni æternitate dilexerit. Inenarrabili incomprehensibilique gaudio plenus, intueberis corporalem dilecti tui JESU Christi faciem, que utique tua gratiosa, fulgens & melliflua est: nam ejus pulchritudo & elegantia longè excedit quidquid in hac vita optari & desiderari potest. Cernes etiam, cum ingenti lætitia, benignissimam, speciosissimam, suavissimamque Christi Matrem Virginem Mariam, & omnes beatos spiritus, omnesque sanctos: atque cum eis jucundissimè habitans, Deum amabis & laudabis sine fine, sine labore, sine impedimento. O beata patria, & verè sola patria! Qui-

do in do-  
cibus do-  
nime.  
Absenti-  
tia omni-  
mali.  
Apo. 21.

Præsen-  
tia De.

2. Cor. 13

Visio Dei

Psal. 173

Christi  
sibi.

Beataq;  
Virgine  
& beato-  
rum An-  
gelorum  
atq; ho-  
minum.

N n

cun-

Specu-  
lum SPI-  
RITUA-  
LE.  
Præsen-  
tia omniū  
boni.

cunquē ibi sunt, planè Reges ac  
Reginæ filiiq̄ue DEI sunt. Ibi  
omnes immarcescibili pulchritu-  
dine florent, & pace gaudent im-  
perturbabili. Omnes ibi serenif-  
sima luce Divinitatis jugiter illu-  
strantur, & plenam veritatis no-  
titiā obtinent. Quilibet ibi  
singulos cæli cives distinctè per-  
fectissimeq̄ue cognoscit; & omni-  
genā opulentia, omnigenisq̄ue  
deliciis ac gaudiis abundat. Me-  
tuere non debes ibi desit quid-  
quam eorum quæ hîc tibi placent.  
Nam quidquid decoris, elegan-  
tiæ, suavitaris, gratiæ, perfectio-  
nis & excellentiæ, hîc in omni-  
bus creaturis inveniri aut sentiri  
potest, id ibi exuberantissimè &  
superessentialiter est. Breviter,  
omnis boni influxus ibi est.

2. Et quidem electi qui illuc per-  
tingunt, ipsam beatitudinis æter-  
næ gloriam, ante resurrectionem  
in anima cumulatissimè recipi-  
unt: post iudicium verò etiam in  
corpore illam recepturi sunt. Om-  
nes resurgemus in ea ætate in qua  
erat Dñs JESUS, quando pro-  
pter nos mortuus est. Senex centū  
annorum & infans unius noctis  
eiusdem staturæ erunt. Et licet  
boni quidem modò sint claudi,  
vel cæci aut deformes: tunc ta-  
men sani, integri, candidi & for-  
mosi absque aliqua macula resur-  
gent. Corpora electorum tunc  
emittent ex se suavissimum odo-  
rem, & erunt septuplo sole cla-  
riora, animarum gloriā sese per  
illa diffundente. Erunt etiam

Beatitu-  
do corpo-  
ris post  
iudicium.

Actus  
florida.

Optima  
forma &  
sanitas.

Dotes cor-  
poris.  
Odar.  
Claritas.

impassibilia, ita ut nullo nocu-  
mento jam possint affici. Erunt  
& tanta agilitate prædita, ut u-  
bicunquē anima volet esse, eò  
corpus suum in momento addu-  
cat. Erunt item tam subtilia, ut  
solida & crassa quæque minori  
negotio penetrent, quàm splen-  
dor solis vitrum penetrat. Tunc  
cæli quoque & elementa immu-  
rata miroque decore ornata per-  
enniter effulgebunt: & sublata  
omni corruptione, sublatis, nu-  
bibus, ventis, imbris, æstu,  
tonitruis, gelu, noctibus acte-  
nebris, succedet perpetua tran-  
quillitas, temperies, lux, & so-  
lis claritas septuplò major quàm  
modò sit. Aër plus habebit lu-  
minis quàm jam habeat. Aqua  
purior erit quàm nunc est. Terra  
tanquam crytallus perspicua, &  
ut palma, plana erit. Et quidem  
sensibilis mundi machina ad hunc  
modum renovata jucundissimum  
& æternum spectaculum Sanctis  
omnibus exhibebit. O quàm ven-  
nans & grata erit ætas illa peren-  
nis! Tunc nimirum Sancti, qui  
in hujus exilii hieme, tanquam  
arbores omni ornatu nudatæ, ap-  
paruerant humiles, aridiq̄ue pu-  
tabantur, decore ac gloria velli-  
entur inenarrabili, & sicut palmæ  
florebunt per omnia sæcula.

Impas-  
sibilia.

Agilitas

Subtili-  
tas.

Calor  
& ele-  
mentum  
renova-  
tio.

### §. III. MISERIA INFERNI.

Ceterum malis atque impiis,  
qui in peccatis suis moriuntur,  
omnia eveniunt felicitati & glo-  
riæ

Malis  
in infer-  
no  
etiam  
animæ

Speculum  
sui  
rituale

riae iustorum contraria. Eorum enim animæ ante iudicium in ignem æternum & horrendas tenebras missæ, intolerabilibus tormentis cruciantur. Resument quidem in novissimo die corpora sua; sed ea erunt tetra, deformia, foetida, & plumbo graviora. Post iudicium verò tartarus ipsos omnes & quidquid in mundo foetoris atque spurcitiei est, in se recipiet: undè postea nullus unquam neque dæmon neque homo egredietur. Ibi erit stridor dentium, atque ululatus sempiternus. Ibi miseria, dolor, invidia, odium, ira & desperatio, nullum unquam finem habebit. Ibi denique damnati in suppliciis incomprehensibilibus semper videbunt, audient, & sentient quidquid horrore atque abominationi est.

supplicio  
rum  
virescit,  
& aternitate,

2.  
Hac tibi  
ipsi acco-  
modare  
Audo.

Tu jam, amice dilecte, perpendens apud te & bonorum felicitatem, & malorum qui in sceleribus suis vitam finiunt, infelicitatem: perhorresce istam, atque ad illam quo potes desiderio & amore suspira. Modò quidem Deum patriamque cælestem fidei tantum oculo cernere potes: sed crede quod aperte non vides, ut cum apparuerit quod credideris, jam clara visione donatus, perfecte gaudeas. Inspice crebrò hoc spirituale Speculum, \* quod ego

\* Quo  
etatis  
sue a<sup>o</sup>  
Auctor  
hunc li-  
bellum  
compo-  
suerit,  
& velut

jam annos quinquaginta natus mihi & tibi scripsi. Contemplant te ipsum in eo diligenter, ut defectus tuos facile agnoscas, agniti & velut rosque pro viribus corrigas. Ex-

pedit sanè, ut is qui in spiritu proficere cupit, certa aliqua præcepta ac monita præscripta habeat, juxta quæ omnem vitam suam studiosè instituat & ordinet. Quanquàm multis ad hoc abundè sufficiet attendita consideratio vitæ JESU Christi, qui est lucidissimum Speculum omnium Christianorum. Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

speculū  
omnib<sup>9</sup>  
Ascetis  
spectan-  
dum ex  
posu-  
erit.

*Symbolum Apostolorum.*

**C**REDO \* in DEUM, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ. Et in JESUM Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus; descendit ad inferos; tertia die resurrexit à mortuis: Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram DEI Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen.

\* Vide  
qua re-  
verètia  
D. Blo-  
sius fi-  
dei ru-  
dimen-  
ta  
psequa-  
tur, ut  
ea subli-  
mibus  
docu-  
mentis  
suis, tan-  
quam si-  
gillum  
appo-  
nat.

*Oratio Dominica.*

**P**ATER \* noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quoti-

\* Vtilis  
oratio  
pro bo-  
no Spe-  
culi usu  
ad Deū;

SPICU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

dianum da nobis hodie: & di-  
mitte nobis debita nostra, sicut  
& nos dimittimus debitoribus  
nostris. Et ne nos inducas in ten-  
tationem: sed libera nos à malo,  
Amen.

*Salutatio Angelica.*

\* Ad B.  
Virgi-  
acm.

**A**VE \* Maria, gratia plena,  
Dominus tecum: benedi-  
cta tu in mulieribus, & benedi-  
ctus fructus ventris tui JESUS  
Christus, Amen.

*Parvum Sertum spirituale.*

\* Item  
Sertum  
spiritua-  
le.

**D**ICTA \* semel Oratione Do-  
minica, addes decies Salu-  
tationem Angelicam: & pro con-  
clusionem adjunges duas sequentes  
preces:

*Miserere mei, pie JESU. Con-  
solare me, Maria mater DEI, &  
Virgo humillima. Auferre à me  
quidquid oculis vestris displicet.  
Commendo me vobis nunc & in hora  
mortis meae. Ecce, Domine mi, ego  
resigno me totum in tuum benepla-  
citum. Fiat semper in me & de me  
gratissima voluntas tua. Effice me  
hominem secundum cor tuum. A-  
men.*

*Bone JESU, benigne JESU,  
propter amaram passionem & mor-  
tem tuam, da vivis veniam & gra-  
tiam, da fidelibus defunctis re-  
quiem, lucemq; sempi-  
ternam, Amen.*

*Potesse etiam Sertum spirituale  
legi hoc modo:*

**F**INITA \* Oratione Domini-  
ca, addatur ista Salutatio ad  
sanctam Trinitatem: *Ave dulcis,  
altissima, laudabilis & semper  
tranquilla Trinitas. Ave Pater,  
ave Fili, ave sancte Spiritus, unus  
Deus. Ave lux iucunda, beatitudo  
perennis, bonum incommutabile.  
Tu es Dominus summe maiestatis,  
ex quo omnia, per quem omnia, in  
quo omnia: tibi gloria in secula se-  
culorum, Amen. O Trinitas Deus  
meus, emunda me miserum pecca-  
torem. Exorna animam meam san-  
cta gratia tua. Præsta ut te timeam  
& amem iugiter, Amen.*

Deinde dicatur & ista Saluta-  
tio ad JESUM: *Ave dulcis Iesu,  
Fili Dei vivi, fili Virginis purissi-  
me. Ave præcellens gemma divina  
nobilitatis, & elegans flos dignitatis  
humanae. Ave Iesu chare, Iesu meli-  
sue, Rex caelorum. Laus tibi Chri-  
ste, qui incarnatus, passus, & mor-  
tuus es pro me: laus veneranda Ge-  
nitrici tuae & Virgini MARIE,  
O Domine mi, propitius esto mihi  
mifero peccatori. Redde me tibi pla-  
centem. Da ut diligam te toto cor-  
de, tota anima, tota virtute, Amen.*

Exinde adjungatur etiam ista  
Salutatio ad Mariam: *Ave dulcis  
Maria, Virgo Deipara, Regina ca-  
li inclita. Ave candidum lilium  
fulgide Trinitatis, & vernans rosa  
amoenitatis calice. Ave Maria,*

*gra-*

SPECU-  
LUM SPI-  
RITUA-  
LE.

gratia plena, Dominus tecum: bene-  
dicta tu in mulieribus, & benedictus  
fructus ventris tui *IESVS* Christus,  
Amen. O Domina mea, ora pro me  
misero peccatore. Impetra mihi cor  
secundum cor Dei. Impetra purum  
amorem erga Filium tuum, & erga  
te, Amen.

His expletis, adisciantur pro  
conclusionē duæ aliæ preces  
videlicet, *Miserere mei pie Iesu,*  
&c. *Bone Iesu, benigne Iesu,* &c. \*

\* Vrefe  
paulò  
antè in  
parvo  
Serto  
spiritua  
li.

Hac quoque ratione ipsum Ser-  
tum spirituale potest  
expleri:

\* Aliæ  
piæ pra-  
ces Ser-  
ti spiri-  
tualis  
iuxta  
modos  
præce-  
denti ar-  
tículo  
assigna-  
tos.

**S**i vis referre prædictum Ser-  
tum præcipuè ad sanctam Tri-  
nitatem, tum \* inter Orationem  
Dominicam & duas postremas  
preces leges ter, aut quoties  
libuerit Salutationem ad Trini-  
tatem.

Similiter si vis Sertum referre  
præcipuè ad Iesum, post Ora-

tionem Dominicam recitabis ter,  
vel quoties libuerit, Salutio-  
nem ad Iesum, atque in fine addes  
duas postremas preces.

Itidem si vis referre Sertum  
præcipuè ad virginem Deiparam,  
tum inrer Orationem Domini-  
cam & duas postremas preces  
leges ter, aut quoties libuerit,  
Salutationem ad Mariam.

Profectò, quisquis prædictas  
oratiunculas pia sinceraque de-  
votione legerit, magnam gratiam  
à Deo & Virgine- matre impetra-  
bit. Quòd si eas ediscere volue-  
rit, commodiùs suaviùsque illas  
fortè Deo offeret, quàm si ipsas  
memoria non complecteretur.  
Possunt verò legi eadem oratio-  
nes etiam ad honorem Sanctorum  
in cælo regnantium, beatorum-  
que Angelorum, & ad salutem  
tam vivorum quàm de-  
functorum fide-  
lium.

Moni-  
tiuncu-  
la pro  
praxi  
horum  
Serto-  
rum.





HLUDOWICI BLOSII  
 CONCLAVIS  
 ANIMÆ FIDELIS,  
 PARS SECVNDA,  
 SIVE  
 MONILE SPIRITUALE,  
 DIVINIS REVELATIONIBUS  
 TANQUAM PRÆCLARIS QUIBUSDAM GEMMIS  
 EXORNATVM  
 PRÆFATIO

Signum  
 superbi  
 & ani-  
 malis,  
 divinas  
 revela-  
 tiones  
 contem-  
 nere.



**D**ÆMONENDUS Lector est, ne perversum quorundam hominum iudicium sequatur, qui revelationes ac visiones Divinas ceu vanissima somnia contemnendo, se parum spirituales & humiles esse ostendunt. Neque enim parvipendenda sunt revelationes divinitus exhibitæ, quibus Ecclesia DEI mirificè illuminatur. Certum est, Prophetas sanctos (in quos Spiritus Dei ad instar dulcissimi torrentis illapsus est) per revelationem didicisse veritatem sine errore. Et  
 beatus

Moni  
 Spirit  
 Cur  
 nim  
 nou  
 dent  
 cū De  
 eodem  
 amor  
 nunc  
 olim  
 sanct  
 anim  
 prof  
 quatu

Monile Spirit. Cur enim nunc non dentur, tñ Deus eodem amore nunc ut olim sanctas animas profequatur.

beatus Paulus commendans Galatis Evangelium quod prædicabat, asserit se accepisse illud; non ab homine, sed per revelationem Jesu Christi. Denique sacra Scriptura de divinis revelationibus sunt plena: & Dominus semper potuit semperq; poterit operari quod vult in mundis animabus electorum suorum. Itaque pius Lector sanctas revelationes † hinc annotatas humili gratoq; animo suscipiat: ita enim consolationem & fructum ingentem ex eis reportabit.

Monile Spirit. Gal. 1.

† Pios & doctos Auctores, qui post R. D. BLOSIIUM ad adstruendam fidem, ac stabilendam sanctarum & verarum sanctæ Catholicæ Ecclesiæ revelationum aut visionum etiam hoc Monile relatarum copiosè disputaverunt, pius Lector in fine libelli reperiret.

CAPUT I.

De immensa DEI misericordia, & benignitate Matris DEI erga peccatores variis revelationibus demonstrata.

1. Exemplum memorabile divinæ benignitatis erga peccatores; cā revelatione facta sancto Carpo Episcopo.
2. Si expediret saluti cuiusvis anime, Christus pro ea iterum ascenderet Crucem.
3. Passionem eandem subiret toties, quot sunt in inferno anime, si opus esset.
4. Memorabile suavissimum, quod Christus semper assistat Patri pro nobis interpellans.
5. Eodemq; amoris affectu nunc expectans conversionem nostram, quo fuerat olim pro eadem crucifixus.
6. Vnicus gemitus verè penitentis sufficit Deo ut veniam indulgeat.
7. Velox penitentia velociter obtinet remissionem peccatorum.
8. Non averse mur temerè peccatores: qui enim hodie videtur pessimus, poterit cras esse optimus.
9. Etenim DEI misericordia semper est penitentibus obvia.
10. Admirabilis est DEI erga electos gratia, quæ ex equo libro ne gravissima quidem peccata expungunt, modò non sint finalia, & ante mortem per penitentiam delentur.
11. Cum nullum opus piùm relinquat Deus in donatum, sic potest credi, si plerumq; Deum in agone mortis inspirare penitentiam, qui aliquid boni pro ipsius amore in vita egerint.
12. Pietas Dei relucet in gloria; etiam Sanctorum minime collata.
13. Desperatio Deum maxime inhonorat; qui jubet nos de eo sentire in bonitate, hoc est, quod sit indulgentissimus.

14. Contritio non sufficit sine confessione, ubi haberi potest copia Confessarii; ubi non potest: debet esse Confessio in voto.
15. Mira Dei indulgentia erga maximum peccatorem, pro quo S. Birgitta oravit.
16. Prærogativa beatissima Virginis intercedenti pro peccatoribus bona voluntatis, ut semper exaudiatur.
17. Nempe, quia Mater est misericordia, ideo miserorum est refugium.
18. Omnesq; ipsam pie invocantes suscipit.
19. Contra desperationem objicienda est memoria sanguinis Christi, quo nos abluit à peccatis.
20. Qui passionem Christi devotè per fidem & penitentiam offert Deo, veniam obtinebit peccatorum.
21. Ita ex hù omnibus discite Dei misericordiam, ut agnoscat tamen formidabilem eius justitiam erga negligents.

**D**IVINISSIMVS Dionysius Areopagita in Epistola, quam scripsit ad Demophilum, demonstrans quanta sit Dei benignitas & clementia erga peccatores, & quantum salutem eorum bonus Dominus desideret, pulchrè admodum commemorat quamdam visionem sancto Carpo Episcopo (cui multa divinitus revelabatur) ostensam, & sibi ab eodem Carpo enarratam. Cum enim infidelis quispiam hominem Christianum ab Ecclesiæ fide abduxisset, ipse Carpus, qui utrique compati

NB. N n &

I. Immensa Dei erga peccatores Clementia cognoscitur ex revelatione facta S. Carpo.

Monile  
spiritu-  
ale.

& pro utroque benignissimè orare debuerat, inordinatam indignationis amaritudinem adversus utrumque concepit. Unde precabatur Deum, ut amborum vitam repentè extingueret; aegrè ferens quòd homines impii, qui vias Domini rectas pervertebant adhuc viverent. Et ecce sursum aspiciens, vidit cælum apertum, ac JESUM in throno sedentem, innumeris Angelis illi adstantibus. Ubi verò ad inferiora deflexisset oculos, conspexit profundissimam voraginem, in qua multitudo serpentum maxima erat. Ad hujus voraginis os, duo illi viri quibus mala imprecatus fuerat stabant velut in lubrico nutantes, trementes, omninoque miserabiles, & cum graviter ferret, quòd non protinus absorberentur, aspectu ad superna revocato, vidit clementissimum Jesum misericordia motum, de cælesti sede consurgere, atque ad illos descendere, & manum benignam porrigere, simulque Angelos eis opem ferre. Tunc Dominus JESUS ad Carpum dixit: *Paratus sum, Carpe, iterum pro salvandis hominibus pati: & istud mihi*

<sup>a</sup> Revelatio memorabilis facta à Christo Iesum apud sanctum Dionysium Epistola ad Demophilum, primo loco hic posita, ob antiquitatem & auctoritatem discipuli & filii sancti Pauli fidem conciliare potest sequentibus toto Monili sanctarum feminarum revelationibus & visionibus.

<sup>b</sup> Crucem amavit Christus Dominus, nō peccata crucifigentium, juxta vulgatum versiculum:

*Actio displicuit, passio grata fuit.*

*gratum<sup>b</sup> est, modo non alii homines peccent. Tu autem inspice an tibi utile sit, illam cum serpentibus mansionem præferre DEI ac bonorum clementiumq; consortio. Addit deinde beatus Dionysius ista verba: Hæc sunt quæ ego audiui, & vera esse credo.*

Sanctissima Deoque charissima virgo Gertrudis, sive Trutha, aliquando divinitus edocta fuit, quòd homo attendens imaginem Crucifixi in corde suo, æstimare debeat ipsum JESUM Christum sibi blanda voce dicere: *En vides, quomodo causâ tui amoris pependerim in Cruce nudus, despectus, totoq; corpore vulneratus, ac per singula membra distentus. Et adhuc tanto charitatis dulcore cor meum erga te afficitur, ut si salutis tua expediret, aliterq; æternam felicitatem consequi non posses, vellem pro te solo tolerare omnia, quæ toleravi pro toto mundo.*

<sup>c</sup> Ista est amorosa meditatio S. Pauli Galat. 2. Tradidit semetipsum pro me.

Christus, audiente in spiritu sancta Birgitra, ait: *Ego sum charitas summa: nam omnia quæ ab æterno feci, ex charitate feci; & quæcunque facio, atque in futurum faciam, similiter ex mea charitate procedunt, procedentq;. Dilectio mea erga hominem modicæ quæ grandis atque incomprehensibilis est, sicut erat tempore passionis meæ, quando per mortem meam ex nimia charitate liberavi omnes electos. Et si fieri posset ut toties morerer*

moretur quot sunt anima in inferno, ego promptissima voluntate & perfectissima charitate corpus meum traderem, eamdemque passionem & mortem pro qualibet anima sustinerem, quam sustinui pro omnibus. Hæc

suo, offero pro eis Deo Patri cor meum immaculatum in emendationem; quando verò offendunt opere, exhibeo manus meas perforatas: & ita in quibuscumque delinquunt, statim innocentiam meam placo Patrem, ut illi penitentes facilem semper obtineant veniam peccatorum.

Monile spirit.

Orante beata virgine Mechtild de pro quodam homine, adversus quem ipsa indignabatur, propterea quòd ille adhuc quasi incorrigibilis manebat, Dominus eidem Virgini ait: *Eja condole mihi, electa mea, & ora pro miseris peccatoribus, quostam caro emipratio, & tam longanimitè expecto, cupiens vehementer ut ad me convertantur. Ecce sicut hostiam in ara crucis me aliquando obtuli, sic adhuc eodem amoris affectu assisto Deo Patri pro peccatoribus: quia mihi maximè optabile est, ut peccator per veram penitentiam ad me convertatur & vivat.*

5. Eodè affectu expectas conversionem peccatoris, quòd tuleris crucem pro eo. Lib. 4. Spirit. gratia c. 24.

Rursum de quadam alia pia persona Dominus eidem sanctæ virgini Mechtildi dixit: *Quando ex humana infirmitate culpam aliquam admisit, si mox per penitentiam redierit ad me, considerans in mea misericordia, paratus sum, ad unicum ejus gemitum, omnem culpam ei remittere.*

6. Sufficit Deo unum gemitum verè penitenti ad veniam impetrandum. Lib. 3. Spir. g. c. 43.

Virgo Gertrudis aliquando intellexit à Domino, quòd si quis velociter de omnibus commissis & omisissis suis penitendo, inclinet se integro corde ad obediendum præceptis Dei; tam veraciter coram Deo sanctificatur, sicut

7. Velox penitentia obtinet velocem indulgentiam. Lib. 2. Infin. c. 30.

O O lepro-

Quòd Deus non liberat damnatos ab inferno justitia est, quòd liberat peccatores penitentes à peccato misericordia est; in utroque rationem justitiam & misericordiam miscetur, ut & in omnibus Dei operibus, Psalmo 24. 10.

4. Christus semper interpellat Patrem pro nobis. Lib. 3. Infin. c. 40.

Cum aliquando sancta Virgo Gertrudis recogitaret apud se, quidnam inter illa quæ à Domino didicerat, posset utiliùs manifestari hominibus; Dominus sese cogitationibus ejus ingerens respondit: *Utilissimum foret homines scire & in memoria semper habere, quòd ego Virginis filius pro salute eorum adsto ante Deum Patrem: & quancumque ipsi ex humana fragilitate delinquant corde*

Luc. 7.

leprosus ille mundatus fuit, cui dicenti, Domine, si vis, potes me mundare, Dominus respondit, Volo, mundare.

Non sunt semerè ad remnèdi peccatores in hac vita, cum nullus sit desperata salu & conuersio. Lib. 3. Rev. c. 26.

8. Christus dixit ad sanctam Birgittam: *Esto stabilis & humilis. Non te in cogitatu extollas, quando aliorum pericula tibi ostendo, nec eorum nomina prodas, nisi tibi praeceptum fuerit. Neq; enim ad eorum confusionem hoc facio, sed ut convertantur, & iustitiam misericordiamq; divinam cognoscant. Non etiam illos fugere debes tanquam iam iudicatos & damnatos: quia si is, qui modo iniquissimus est, invocaverit me cum contritione, & voluntate se emendandi, paratus sum ei mox ignoscere. Et quem heri dixi pessimum, hodie dico charissimum propter veram contritionem: qua si perfecta ac stabilis fuerit, & dimittito non solum peccatum, sed & pœnam peccato debitam.*

Pœnitentiã agendi obviam est Dei misericordia. Lib. 4. Spir. gr. c. 26.

9. Dominus beatæ Mechtildi ait: *Nullus est adeo magnus peccator, quin si verè penituerit, mox illi omnia peccata sua plenè dimittam, & cor meum tantã clementiã atque dulcedine super ipsum reclinem, ac si nunquam peccasset. O ineffabilem Dei pietatem! Ergo si quis (ut quidam Sanctorum scribit) negaret Deum paratum esse ad remittendum verè pœnitentibus peccata, etiam tot vicibus quot momenta sunt temporis, utique Deum magno honore spoliare moliretur.*

10. Peccata electi non sunt in morte

Rursum ipsi virgini Mechtildi dixit Dominus: *Quamvis stella,*

*id est, electorum meorum anima, a virtutum nube peccatorum, & caligine ignorantia nonnunquam valde obtenebrentur: in firmamento tamen suo, hoc est, in divina luce mea, obscurari non possunt. Licet (dico) electi mei magnis plerumq; involvantur peccatis, semper tamen illos ea charitate respicio, quã eos elegerim, & ipsos in illa claritate attendo, ad quam perventuri sunt. Bonum igitur est homini, ut sæpe recogitet, quã gratuita pietate ipsum elegerim, & quã bene de ipso cogitaverim, quãq; amanter eum respexerim, etiam cum in peccatis jaceret: item quã benignè mala ejus in bonum ei commutaverim. O altitudo inscrutabilis sapientiæ & misericordiæ Dei, qui tam mitis & multis modis revocare, sibi que attrahere conatur cor peccatoris, nullum ei desperationis locum relinquens!*

Cum sancta virgo Gertrudis audisset in concione, neminem posse salutem consequi, nisi saltem tantillum veræ charitatis habeat, ut ex amore Dei pœniteat, abstineatque à peccato: ipsa apud se cogitabat, plurimos migrare ex hac vita, qui videntur pœnitere.

\* ma-  
a Teste D. Paulo Rom. 8. *Christus Iesus qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* & Heb. 7. *salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivum ad interpellandum pro nobis.*  
b Ex vera pœnitentiã contritione elicium.  
c D. Thomas 3. p. in Supplemento q. 5. art. 2. *querit, utrum contritio possit totaliter tollere rearum pœnã: & responder affirmativè, adducto latronis in cruce contriti exemplo.*  
d Magna Dei gloria est, misericordia erga peccatores verè conuersos.

Monile Spirit.

\* magis timore gehennæ quàm Dei amore. Huic itaque talia in corde suo revolventi Dominus sic respondit: *Quando video illos agonizantes, qui mei unquam dulciter recordati fuerunt, vel aliquid meritorij operis peregerunt, in ipso mortis confinio exhibeo eis me tantum: amabilem & benignum, ut ipsi ex intimis cordis medullis dolerent quòd unquam me offenderint: ac per talem penitentiam apti redduntur ad salutem consequendam & perire non possunt.*

12. Cogitante aliquando beata Mechtilde, quàm immensa esset pietas Dei, Dominus ait ad illam: *Veni, & contemplare minimum omnium Beatorum qui in celo sunt: nam in illo poteris cognoscere pietatem meam.* Cùm ergo Mechtildis attentè consideraret, cupiens scire quisnam is esset de quo Dominus loquebatur: ecce occurrit ei vir honestate & dignitate Regia, ætateq; florida conspicuus, pulcher & fulgens facie, nimisq; amabilis Cui ipsa dixit: *Quis estu? & quomodo ad tantum gaudium tantamq; gloriam pervenisti? Respondit ille; Ego in terra raptor eram & malefactor: sed quia mala magis ex quadam ignorantia & consuetudine à parentibus accepta, quàm ex nequitia perpetravi, in fine per penitentiam sum misericordiam consecutus. Centum*

† Hoc dicitur de actu contritionis extra Sacramentum penitentia, non de actu attritionis cum Sacramento, per quod, ut Theologi censent, ex attrito fit contritus, nempe non formaliter, sed per effectum, qui est condonatio peccati.

*autem annis fui in locis panarum, multaq; pertuli tormenta ut purgarer: & nunc sola gratuita Dei pietate huc in requiem perductus sum.* Ad hunc modum virgo Mechtildis cognovit pietatem Dei in eo qui ultimus erat omnium Beatorum. Nam si clementissimus Dominus tantum præstitit ei qui tam pravè vixerat, qui daturus est his qui justè & sanctè vivunt?

Deus loquens sanctæ virgini Catharinæ Senensi, ait: *Peccatores qui in mortis extremitate desperant de misericordia mea, multo gravius me offendunt, & magis mihi displicent hoc uno peccato, quàm omnibus alijs iniquitatibus quas unquam commiserunt. Qui enim desperat, contemnit aperte ipsam misericordiam meam, & perversè existimat iniquitatem suam majorem esse, quàm sit eadem \* misericordia & bonitas mea.* Vnde detentus huiusmodi peccato, non dolet de offensa in me admissa, sed dolet de irremediabili damno suo. *Qui si in veritate doleret quòd me offendisset, atque contempsisset, & in misericordia mea fideliter speraret, ipse eam certissimè inveniret: quoniam in infinitum major est ipsa misericordia mea, quàm sint omnia peccata, qua unquam fuerunt commissa, vel que committi possunt ab aliqua creatura.*

Non autem sufficit dolere de peccatis, sed oportet etiam illa confiteri Sacramentaliter coram Sacerdote, nisi vera necessitas huiusmodi confessionem excludat.

O o 2

Hinc

13.

Desperatio peccatoris pessimè de Deo bono sentit, & eum quendam ignominia afficit, cuius misericordia gaudet & glorietur de indulgentia erga penitentes. Tra&. 3. Di. Do&. c. 132. \* Hæc est desperatio Cain, Gen. 4. & aliorum.

14.

Confessio auricularis adhibenda, præter contriti-

ñem.  
Lib. 7.  
Rev. c.  
27.

\* Actio  
nes bo-  
nae pæ-  
nitent-  
iæ.

1. Dolor  
de offen-  
sa.

2. Con-  
fessio.

3. Emen-  
datio.

4. Satis-  
factio.

5. Com-  
munitio.

6. Propo-  
sitiū per  
severan-  
di in bo-  
no.

Hinc Dominus Jesus dixit ad be-  
tam Birgittam: *Nullus est tam  
magnus peccator, cui ego negem  
misericordiam, si eam humili &  
perfecto corde petierit.* \* Itaq; pec-  
catores, qui mihi reconciliari, &  
gratiam amicitiamq; meam obtine-  
re volunt, imprimis <sup>1</sup> ex toto corde  
doleant quod me Creatorem ac Re-  
demptorem suum offenderint: <sup>2</sup> de-  
inde expurgent se coram Sacerdote  
pura humiliq; confessione, <sup>3</sup> & vi-  
tam corrigant, ac satisfactionem,  
<sup>4</sup> expleant juxta consilium & di-  
cretionem Sacerdotis. Si enim hoc  
fecerint, ego eis appropinquabo, &  
diabolus ab ipsis elongabitur. <sup>5</sup> Po-  
stea conveniens erit, ut & Corpus  
meum cum devotione veraq; chari-  
tate accipiant, <sup>6</sup> habentes volun-  
tatem nunquam amplius admitten-  
di prius peccata, & proponentes  
perseverare in bono usq; ad finem.  
Ego talibus occurram sicut occurrit  
mater errantibus filijs, & libentis-  
sime eos recipiam. Ero in eis, & ipsi  
erunt in me, viventq; & gaudebunt  
mecum in aeternum.

15.  
Dei in-  
dulgen-  
tia erga  
peccato-  
res vivos  
& pani-  
tentia fa-  
cta mor-  
tuis per  
merita  
Sanctorū  
vivorū  
& in cae-  
lo regnā-  
tium.  
Lib. 6.  
Rev. c.  
27.

Cum ipsa sancta Birgitta ex  
compassione oraret pro quodam  
præpotente & illustri Domino  
secundum sæculum, qui gravi-  
ter ægrotabat, & tamen peccata  
sua more fidelium confiteri Sa-  
cerdoti volebat, Christus eidem  
Birgittæ apparens, ait: *Dic Con-  
fessori tuo ut istum infirmum visitet,  
& confessionem ejus audiat.* Mis-  
sus igitur Sacerdos à sancta Bir-  
gitta, venit ad ægrotantem: sed  
is respondit se frequenter confes-

sionem fecisse, nec jam necesse  
esse ut confiteatur. Sequenti die  
jussu Christi Sacerdos à Birgitta,  
iterum mittitur ad illum, à quo  
etiam idem quod prius respon-  
sum accepit. Tertio autem die  
reversus ad infirmum, exposuit  
ei impedimenta salutis suæ, quæ  
Dominus beatæ Birgittæ revela-  
verat. Tunc ille resolutus in fle-  
tum, dixit Sacerdoti: *Et quomo-  
do veniam ego consequi possem, qui  
tot sceleribus sum irretitus?* Cui  
Confessor, etiam si, inquit, mul-  
tò plura & graviora perpetrasses,  
salvaberis tamen per veram contri-  
tionem atq; confessionem: hoc fiden-  
ter tibi promitto. Et ille: *Ego de  
salute anime meæ desperabam, quia  
me dominio diaboli omnino subdi-  
deram tradideramq;, qui etiam mi-  
hi frequenter locutus est.* Sum mo-  
dò sexaginta annorum, & nunquā  
feci sacramentalem confessionem,  
neq; sumpsit Corpus Christi: jam ve-  
rò tales lacrymas me habere sentio,  
quales antea non habui. Igitur die  
illo ipse quater confessus est Sa-  
cerdoti, & in crastino etiam post  
confessionem accepit sacram Eua-  
charistiam, ac sexto die defun-  
ctus est. De quo Dominus postea  
ait ad sanctam Birgittam: *Ille non  
descendit in infernum, sed venit ad  
Purgatorium propter contritionem  
atq; confessionem suam.* Bonitate  
mea, quā usq; ad ultimum punctum  
expecto hominis conversionem, &  
meritis Matris meæ (cuius dolori vi-  
vens ille adhuc in\* carne compati so-  
lebat) salutē invenit, & salvus erit.

Deus

16. **Deus Pater** virgini Catharinæ dixit: *Maria, unigeniti Filij mei gloriose genitrici, & à bonitate mea concessum est propter incarnati Verbi reverentiam, ut quicumq; etiam peccator ad eam cum devota veneratione recurrat, nullo modo diripiatur à demone infernali. Hec enim est à me electa, parata, & posita tanquam esca dulcissima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum.*

17. **Ipsa benedicta Dei Mater Virgo Maria** dixit beatæ Birgittæ: *Quantumcumq; homo peccet, si toto corde cum vera emendatione & charitate ad me confugerit, statim parata sum recipere venientem. Nec attendo quantum quis peccaverit, sed quali intentione ac voluntate redit ad me. Nam peccator, quamlibet vilis sit ac sordidus, non dedignor eius plagas tangere, ungerere, & sanare: quia vocor & vere sum mater misericordia.*

18. **Beata Gertrudis** aliquando vidit accurrere sub chlamydem dulcissimæ genitricis Dei Mariæ veluti bestiolas quasdam diversi generis, per quas significabantur peccatores, specialem devotionem ad illam habentes. Has omnes Mater misericordiæ benignè recipiens, & quasi sub pallio suo protegens, delicatâ manu suâ singulas contrectabat deliniebatque, & ipsis amicabiliter blandiebatur, quemadmodum quis

† Hanc revelationem & alias affines videre licet apud Petrum Antonium Spinelli in Throno Dei c. 16. circa s. 14. probando eas ex auctoritate SS. Patrum.

blandiri solet catulo suo. **Ac per hoc manifestè insinuabat, quàm misericorditer suscipiat omnes invocantes se, & quàm materna pietate defendat sperantes in se, etiam eos qui peccatis adhuc impliciti sunt, donec illos Filio suo reconciliet verè pœnitentes.**

**Diabolus aliquando volens decipere, & ad nimiam pusillanimitatem, sive ad desperationem adducere sanctam virginem Catharinam, nitebatur ei persuadere, quòd vita ipsius falsa, inutilis & perversa esset. Illa igitur à Dei bonitate (quæ verè perenti nunquam se negat) edocta, humiliter elevavit mentem suam ad misericordiam divinam, dicens: Ego aperitè Creatori meo confiteor, me quotidie in tenebris fuisse, maleq; vixisse: verumtamen fiducialiter latitabo in Plagis Domini mei Jesu Christi: & omnium iniquitatum mearum maculas pretioso Sanguine eius abluam, atq; cum sancto desiderio iugiter gaudebo in ipso Creatore & Redemptore meo. Post quæ verba mox diabolus in fugam conversus est.**

**Christus sanctæ Gertrudi ait: Quilibet poterit respirare in spem veniæ (quàm libet etiam gravi pondere peccatorum se senserit depressum) offerendo Deo Parti meam innocentissimam passionem & mortem. Credat igitur peccator, se per hoc obtinere saluberrimum fructum indulgentiæ: quia nullū tam efficax remedium contra peccata poterit in terris haberi, sicut devota memoria**

Monile Spirit.

19. Vulnera & mors Christi contra desperationem obijcienda. Tract. 2. c. 66.

20. Passio Christi devotè oblata veniam obtinet peccatorum in verò pœnitentibus. Lib. 4. Infinit. cap. 25.



Monile  
Spiritus.

mea passionis, cum fide recta; & verâ penitentiâ.

12.  
O peccator cogitanda iustitia Dei, si mul cum ejus misericordia: & nullo modo est procrastinanda conuersio, ob spem misericordiam, dum adest iustitia.  
Lib. 4.  
Revel. 6, 7.

Ceterum non solum misericordia, sed & iustitia Dei prudenter consideranda est, de qua iustitia Christus frequenter beatæ Birgittæ valde terribilia locutus est. Hæc aliquando audivit (Deo sic volente) dæmones testimonium perhibentes veritati, dicentesque Domino: *Si creatura illa, quam maxime diligis, videlicet virgo que te genuit, & nunquam offendit, peccasset mortaliter, ac sine divina contritione mortua esset, ipsa calum niam nunquam obtinisset, sed nobiscum in inferno cruciaretur; adeo tu iustitiam diligis.* Igitur peccator quisque non dicat apud se: Sequar modò voluntates & voluptates meas liberè, fruam delicijs & iucunditatibus hujus mundi, postea corrigâ me in fine vitæ meæ; magna enim & immensa est misericordia Dei, quodcumque me pœnituerit peccatorum meorum, recipiet me pius Dominus, & salvus ero: interim faciam quod libet. Non hæc dicat peccator, non sic agat, non seipsum in periculum coniciat: sed sine procrastinatione vitam suam malam corrigere studeat, & peccata sua coram Sacerdote (si potest) confiteatur, idque purè & integrè. Quamvis enim Deus promittat peccatori verè pœnitenti misericordiam, non tamen promittit in peccatis perseveranti veram pœnitentiam, nec longam vitam. Ceterum verò est, quia si

peccator, qui criminibus sceleribusque suis injuriam Deo intulit, veram contritionem & pœnitentiam, antequam anima ejus separaretur à corpore, non habuerit, exigente divina iustitia in æternū peribit. O quàm multi persuasionibus diabolicis seducti, permanent ac moriuntur in suis iniquitatibus! Vnde & in Revelationibus beatæ Birgittæ, animæ aliquando dicuntur descendere ad infernum, sicut nix descendit in terram.

## CAPUT II.

De discretione & intentione simplici, quàm spiritualis debet in omnibus actionibus amplecti.

1. Moderatio usurpanda in omnibus exercitijs pietatis & mortificationu.
2. Omnia corporis membra discretè mortificanda, sicut per ea omnia peccavimus.
3. Continentia & abstinentia, quantum modica, pro Deo suscepta, immensum pramium recipit.
4. Intentio recta benedicti divini in omnibus actibus excellentissimus est dilectionis gradus.
5. Velle habere fervens desiderium Deo placendi, apud Deum pro ipso desiderio reputatur.
6. Devota meditatio passionis Dominice frequentius est assumenda.
7. Stigmata Christi impressa manibus ac pedibus D. Elisabethæ de Spalbreck.
8. Exemplo optissimo probatur, non solum interna opera, verum etiam externa Deo placere.

**I**nelyta virgo & martyr Agnes apparens sanctæ Birgittæ, dixit: *Filia, sis stabilis, & non retrocedas, nec etiam plus debito procedas. Neque enim debes te ultra vires affligere, nec alios supra naturam tuam in bonis operibus imitari: quia Deus ab æterno disposuit operibus*

des in  
immedi-  
eo mortu-  
ficationis  
ardore.  
Lib. 4.  
Revel.  
cap. 2.

bus humilitatis & charitatis aperi-  
re calum peccatoribus, & vult ut  
servetur in omnibus discretio, ac  
mensura. Invidus verò diabolus  
plerumq; homini imperfecto suadet,  
ut supra vires jeiunet, & assumat  
exercitia importabilia, aut nimis  
se ad sublimia extendat. Hoc facit  
hostis callidus, ut dum homo conti-  
nuat malè incepta propter ruborem,  
cuius deficiat propter propriam in-  
firmitatem. Idcirco metire teip-  
sam secundum fortitudinem aut de-  
bilitatem tuam: quia alij sunt na-  
tura fortiores, alij infirmiores, alij  
gratia Dei ferventiores, atq; alij  
bona consuetudine alacriores.  
Regete, & ordina vitam tuam jux-  
ta consilium timentium Deum, nec  
velis videri quod non es, nec illud  
inquierè appetas quod supra vires  
tuas est. Sunt nonnulli, qui om-  
nino meritis suis credunt se obren-  
turos calum: & sunt qui operibus  
suis putant se posse dignè satisfacere  
pro peccatis que commiserunt. Sed  
horum\* error damnabilis est: quia  
si homo etiam centies traderet  
corpus suum ad mortem, non posset  
respondere Deo unum pro mille.  
Hæc beata Agnes.

\* Si ex-  
cludant  
Dei gra-  
tiam, &  
in solis  
suis me-  
ritis at-  
que ope-  
ribus  
confi-  
dant.  
2.  
Per om-  
nia mem-  
bra pec-  
cavimus,  
ideo in  
omnibus  
membris  
mortifica-  
tionem  
portemus.  
Lib. 1.  
Rev. c.  
2. & lib.  
c. 4. 26.

Aliquoties Christus dixit ipsi  
Birgittæ, quòd satisfactio sit fa-  
cienda omnibus membris, sicut  
peccata membris omnibus fue-  
runt admitta. Homo igitur cum  
omni diligentia & humilitate  
corrigat se, ac Deo (qui pro mo-  
dica emendatione hic rite ex bo-  
na voluntate peracta, gravia sup-

plicia in alio sæculo remittit) ut-  
cunq; satisfacere non negligat,  
cohibendo, propter amorem Dei,  
oculos à malo atq; inutili aspectu;  
aures, à noxio & inepto auditu;  
os, à malis & otiosis verbis; cor,  
à perniciosis & insulsis cogitatio-  
nibus, pravisque desiderijs; ac to-  
tum corpus, ab his quæ animam  
contaminant. Abstineat non  
solum ab illicitis, sed etiam à qui-  
busdam licitis prudenter. Mor-  
tificet in se studiosè propriam vo-  
luntatem & vitia; patienter ferat  
quæq; adversa, & bonis operibus  
sanctisq; exercitijs ac virtutibus  
deditus sit. Verumtamen in satis-  
factione & \* meritis Jesu Christi  
potius quàm in proprijs operibus  
ac meritis semper confidat: nam  
unica guttula pretiosi Sanguinis  
Domini Jesu dignior est, quàm  
omnia merita humana.

monile  
Spixite

\* Meri-  
tis Jesu,  
non no-  
stris ni-  
tendū.

Christus beatæ Birgittæ ait: 3.  
† Abstinencia & continentia, quan-  
tūvis modica, pro honore & amo-  
re meo discretè suscepta atq; pera-  
cta, meretur à me magnum premi-  
um. Et profectò, qui prudenter  
propter Deum continet se, ne id  
quod necessarium vel utile non  
est, aspiciat, audiat, odoretur,  
gustet, loquatur, tangat; quiq;  
propriæ voluntati ac sensualitati  
etiam in rebus minimis cum dis-  
cretionem reluctatur, rem Deo ma-  
gis gratam facit, quàm si multos  
mortuos ad vitam revocaret.  
Hinc Patres dicunt istud quod se-  
quitur: Si duo homines in eodem itinere  
constituti, elegantem flosculū  
inve-

Continen-  
tia & ab-  
stinencia  
modica  
merces  
plurima.  
In Rev.  
extrav.  
c. 65.

inve-

Monile  
Spiritu.

invenirent, quorum alter cuperet quidem illum decerpere, sed melius deliberans dimitteret eum propter Deum; alter verò nihil premeditatus carperet florem: iste quidem simpliciter decerpendo non peccaret; at ille propter Deum dimittendo ipsum florem, tantum præ decerpente obtineret meritum, quanta est distantia celi à terra. Verumtamen si is, qui decerpit florem, purè ad laudem Dei eum decerperet, etiam ipse maximum meritum acquireret. Itidem & qui convenienter propter Deum à cibo abstinet, Deo valde placet: & qui convenienter ad honorem Dei manducat, etiam placet Deo.

4. Beata Gertrudis audivit à Domino, quòd tunc eximiam illi dilectionem exhiberet, quando ad laudem ejus cogitabat, aspiciebat, audiebat, loquebatur, vel faciebat aliqua utilia. Intellexit etiam, quòd quoties quis devota intentione inspicit imaginem Christi crucifixi, toties respicitur amanter à Dei benignissima misericordia: & hinc anima ipsius, tanquam lucidum speculum, suscipit in se ex divino amore imaginem admodum jucundam, unde etiam tota curia cælestis mirificè lætatur. Et hoc erit illi in gloriam æternam. Intellexit item, Deo gratum remuneratio-

† Hanc mortificationem in minimis & licitis laudat, & ex Bonaventura etiam confirmat R. P. Alfonsus Rodericus Exercitij Perfectionis parte 2. tract. 1. c. 13. qui etiam sequentem Revelationem B. Gertrudis commendat parte 2. tract. 7. cap. 2. & cum O. R. P. Antonius Balinghem lib. 3. de Oratione jaculatoria cap. 18.

neque dignum esse, si quis pro honore atque amore Dei etiam calamum è terra levaverit, aut passum unum fecerit.

Cùm eadem virgo Gertrudis aliquando conquereretur, quòd tantum desiderium ad Deum habere non posset, quantum habere debebat, divinitus edocta est optimè Deo sufficere, si homo verè velit & optet habere magnum desiderium, quando modicum vel nullum desiderium in se sentit: quia quàm magnum vellet habere, tam magnum habet coram Deo. Et Deus in corde continente hujusmodi desiderium (scilicet voluntatem habendi desiderium) libentiùs habitat, quàm homo posset habitare in vernantibus amœnissimisque floribus.

6. Frequentissimè Dominus revelavit charissimis sponsis suis Gertrudi, Birgittæ, Mechtildi, Catharinæ, quàm sit & sibi acceptum, & homini fructuosum, recolere passionem Christi pia, humili & sincera attentione vel devotione: quod & ipsæ diligentissimè semper fecerunt. Nam eandem Domini Jesu passionem (quæ licet amarissima acerbissimaque fuerit, tota tamen charitatis dulcedine plena est) adeò profundè visceribus animarum suarum infixarant, & tam ardenti suaviq; affectu ruminare solebant, ut illa esset eis mel in ore, melos in aure, jubilus in corde.

Itidem

7. Itidem sanctissima virgo Elisabeth de Spalbeeck ingenti devotione quotidie passionem Dominicam recolere consueverat. Vnde & Christus stigmata quinque Vulnerum suorum manibus ac pedibus & latere ejus verissime impressit: adeo ut ex ipsis, tanquam è recentibus plagis, copiosus sanguis plerumque efflueret, idque potissimum Ferijs sextis. Quæ quidem virgo purissima septies quotidie ita rapiebatur in Deum, ut nullus sensus, nullus motus, nullus status in ea appareret. Totum enim corpusculum illius profusus obrigescebat, nec ulla pars ejusdem sacri corporis tunc moveri poterat, quin totum corpus moveretur. Nos prædictas virgines imitati, inculpamus, cordibus nostris passionem Domini Jesu, & pro ea gratias sedulo agamus.

8. Beatam Gertrudem Dominus hac similitudinem aliquando instruxit: *Quemamodum, inquit, præpotens aliquis Imperator non solum gaudet habere in palatio suo delicatas ornatasque puellas, sed etiam am constituit & ordinat Principes, Duces & milites, aliosque ministros diversis operibus aptos, qui semper parati sint ad negotia ejus peragenda: ita & ego non solum delector in interioribus delicis eorum quæ divine contemplationis quietem (me trahente) sequuntur, verum etiam allicior ad manendum cum filijs hominum, dum ipsi qualibet exercitia utilium nego-*

*riorum mei honoris & amoris causâ suscipiunt. Igitur frequens & pura oratio plurimum quidem ornat animam ejus, cui vacat crebro orare, & qui gratiam orandi habet: (quid enim dignius, quam assidue loqui cum Rege cælesti?) attamen etiam opera externa, propter Deum ritè peracta, magnum decorem conferunt animæ fidei.*

a Si nempe adsit vera & absoluta voluntas, ut explicat ad praxim pro indevote ac distractè orantibus in Officijs divinis R. P. Jacobus Alvarez de Paz tom. 3. lib. 1. part. 2. cap. 16. §. secundo

b R. P. Cornelius à Lapide super Zachariæ cap. 12. §. 10. *Et plangent eum planctu quasi super unigenitum*, præter has quatuor Passionem Jesu Christi devotissime add. & as, quas ex hoc loco Blossij producit, addit alias non tantum mulieres, ut duas Claras, nempe Assisiam & de Montefalco, Lydvvinam, Coletam, Hedvygem, Elisabetham; sed & viros varios, singulari pietate & gustu ac fructu amarissimam Domini Jesu passionem, Vulnera & mortem plangere solitos. De eadem Passionis meditatione, & de eodem Blossij loco, vide eundem R. P. Cornelium 1. Pet. 2. v. 24. *Cujus livore sanati estis*

c P. Iulium Nigronium in Regula vitam communem Soc. Jesu §. 18. Hujus virginis admirabilem vitam inveniet pius lector in m. ss. Herkenrode & Rubenvalis, auctore Philippo de Clara valle, teste oculato, in Monasterio Herkenrodensi, ubi beata Elisabetha inter sanctimoniales Bernardinas vixit. Quoties sacram Communionem sumebat, toties infallibiliter extra se ad Deum rapiebatur. Sæpe etiam multa millia animarum à vinculis pænarum & igne Purgatorio liberavit. ut afferit fide dignissimus, secretorum conficius. Ad hæc novo, & in illam usque diem inaudito exemplo, singulis diebus ad Horas septenas Canonicas, recolendis Dominica Passionis mysterijs ab Ecclesia assignatas, valde singulari, & ad spectantium ædificationem ac compunctionem apposito modo, septies à sensibus abrepta in ecstasim, quasi per internam compassionem, totam Domini nostri Passionem, per septem stationes, varijs tum pijs, tum modestis, tum affectuosissimis gestibus, statibus, raptationibus, divagationibus, ligationibus, in suo corpore

Pp

repræ

Monile spirit.

representabat. Hoc novum pie compassionis schema erga Christi Iesu passionem, in virgine humili & imbecillo corpore supra vires humanas Deus mundo exhibere voluit, non minus ad augendam Christi patientis gloriam, quam ad suscitandam piarum animarum devotionem. Dionysius Cathusianus lib. 3. de Contemplat. art. 19. Compatriotam suam vocat, & laudat: item parte altera Concionum de Sanctis art. 24. de Passione Domini, affirmat, ob insignem illam recolendam passionis Domini per septenas representationes pietatem, meruisse à Deo septenos illos raptus quotidianos, & Stigmata quinque Christi Vulnerum in corpore suo impressa. Eadem de hac virgine narrat Franciscus Bivarius de feminis illustribus Ordinis Cisterciensis; & vita ejus citatur, ac ultra modum valde admirabilis vocatur, in Cathalolo librorum Canonicorum Regularium prope Arnhemium, apud Martinenses Lovanii. Lectu quoque dignissima sunt, quæ de hac Elisabeth quam Hemmenrodensem vocat, notavit R. D. Historiæ Cisterciensis illustrator clarissimus, Chryostomus Henriquez in Menologio Cisterciensi, Novembris die XIX. ubi præter hic citatos nominat Joannem Gillemannum parte 1. Noyalis Sanctorum Brabantæ, & Aubertum Miræum in Chronico Cisterciensi ad annum M. C. LXXXII. & deinde refert hæc Blossii verba Monilis spiritualis cap. 2. Multa quoque adfert memoratu digna sedulus pietatis antiquæ Belgicæ indagator R. D. Arnoldus de Raiffe, in Auctario Natalium Sanctorum Belgii Joannis Molani, ad diem Novembris XIX. §. 2. qui & ad diem Martii XVI. §. 3. & in Hieroglyphalicio Belgico, in Herkenroda, textens catalogos Sanctorum, qui illustres nominantur ob portata Christi Stigmata impressa in corpore suo, affirmat, facta etiam Blossii scriptorum mentione, cum hac Elisabetha alios atque alias quinque Stigmata Vulnerum Christi, tametsi alia à S. Francisco formâ ac figurâ, carni suæ impressa gestavisse. Pro qua re pridem quoque calculum suum dedit R. P. Henricus Sedulius in recensito & docto Commentario ad vitam Patris sui sancti Francisci, Historiæ suæ Seraphicæ insertam, cap. XLII, num. 10. Obiit Elisabetha circa annum Domini M. CC. LXVI. quam tamen R. D. Chryostomus putat perigisse ultra annum M. CCE.



## CAPVT III.

## Documenta orationis &amp; officij divini.

1. Bona voluntas est oratio continua, quæ tamen sæpe debet elevari ad actualem orationem.
2. Omni proprietati in voluntarijs exercitijs renuntiandum, ut Dei vocationi pareamus.
2. Orationis verba cum actuali attentione recitanda.
4. Ariditas mentis, involuntariæ distractiones non minuunt, sed augent orationis meritum.
5. Cordis instabilitas non potest in hac vita omnino tolli: sed debet discretè curari.
6. Orantes gravissimis impugnat diabolus: propterea tunc animosius orationi insistendum, ut illo confusus recedat.
7. Aliorum orationibus se commendare, pius est, & Deum adspicit etiam orandi desiderium.
8. Brevis & ardens oratio valde efficax apud Deum.
9. Affectus, discretio, & pia fiducia suppleant ea, quæ legitime impediti complere non potuimus.
10. Hora Canonica orationibus Christi, quæ pro nobis in terra sudit, sunt unienda.
11. Oratio post preces horarias qualiter offerenda.
12. Quod deest orationibus nostris, cor dulci Iesu supplet, quando fecimus per Dei gratiam quod posuimus.
13. Opera etiam minima per Christum Deo oblata, sunt magna & nobilia.

**D**ominus dixit ad virginem Catharinam: Sanctum desiderium anima, videlicet bona voluntas, continua oratio est, quia virtutem habet orationis. Et quidquid homo in Dei proximitate facit, potest vocari oratio, cum charitatis affectus pro oratione reputetur. Bona tamen voluntas, piusque affectus, certis temporibus & horis elevari debet in me per actualem devotionem. Scito, filia, quod ani-

CONCLAVE ANIMÆ FIDELIS.

367

Mon  
Spir.

Skima perseverans in humili fidelique oratione, adipiscitur omnem virtutem. Unde nullo modo orationis studium negligendum aut omittendum est propter aliqua ad-versantia, sive ea procedant ab illu-sione satana, sive à fragilitate pro-pria, sive à cogitationibus immun-dis, sive ab inordinatis stimulis & carnali motu corporis. <sup>a</sup> Frequen-ter enim diabolus orationis tempore animam variis imaginibus & phan-tasmatibus magis infestare conat-ur, quam extra tempus orationis. Et tunc callidè suggerit oranti, quòd talis oratio nihil ipsi proffit, cum alia cogitare non debeat, quam illa qua orat. Malignus hostis hoc persua-dere nititur, ut is qui orat, tadium confusionemq; mentis incurrat, atq; ita omittat exercitium orationis, que est armatura fortissima adver-sus omnes inimicos. O! quantum anima utilis & mihi grata est ea o-ratio, <sup>b</sup> que in vilutatis propria & bonitatis mee cognitione peragitur cum charitate!

sequatur gratiam meam, & eam non impediatur per orationes quas per-solvere proposuerat. Postea verò poterit (si ei vacat) illas perlegere. Quòd si commodè eas explere non potest, nullo modo inde angatur, nec mentis confusionem in se ad-mittat. Qui orando hoc solum spe-ctat, ut multa verba proferat, mo-dicum fructum obtinet.

Virgo Gertrudis aliquando in spiritu intellexit, verba ora-tionum cum animi diligentia seu sancta devotione fusarum, esse veluti splendidissimas gemmas, vel vernantissimos flores: at ver-ba orationum negligentius & ex consuetudine sine intenta devo-tione expletarum, esse tanquam gemmas floresque obscuriores. Et cum eadem virgo Gertrudis quemdam versiculum ducentis viginti quinque vicibus Jesum salutando legisset, cognovit, quamlibet Salutationem præsen-tari Domino in similitudine in-strumenti musici benè sonantis; Pp 2 sed

3.  
Vocalis  
orationis  
verba  
cum attē  
sione re-  
citanda.  
Lib. 4.  
Infin.  
cap. 2.

2. Rursus ad eandem Cathari-nam ait Dominus: Aliquando homo statuit legere certum aliquem numerum Psalmorum, vel aliarum orationum, quas ex obedientia aut debito legere obligatus non est: cu-ius mentem si interea benignè visi-tavero, ipse visitationis mee gra-tiam deserit, ut orationum nume-rum, quem in corde suo concepit, explere possit. Sed non debet ita facere, neque credere diabolo ipsum fallere volenti. Igitur mox ubi sentit se à me specialiter visitari,

Proprie-  
tati re-  
muntian-  
di: Dei-  
que vo-  
catio  
promptè  
sequen-  
da.  
Ibidem  
post me-  
dium.

<sup>a</sup> Adversus hanc perniciosam pro inter-turpandis orantibus in via spiritali dia-bolicam Praxim fortiter agit R. P. Julius Nigrionius in Regulam Soc. Iesu 1. de Ma-tutina oratione, & post citatum Basilium Sermone de Abdicatione rerum, Dorothe-um Sermone 2. Climachum Gradu 3 Nilum de Oratione c. 47. Athanasium in vita An-tonij, Gregorium Papam lib. 2. Dial. cap. 4. Theodoretum Historiæ Religiosæ cap. 41. & alios, adfert hæc ipsa ex hoc Bloisij loco.

<sup>b</sup> Hæ sunt jaculatoriæ orationes, usur-patæ à sanctis Augustino, Francisco, Ber-nardo, Ignatio, & aliis. O Deus! noverim-te, noverim me. Quis tu? quis ego? Deus est omnia, ego nihil. O Deus, bonitas! ô homo, pec-catum! & aliæ eiusdem generis.

Monile  
Spirit.

sed illæ Salutationes, quas cum devota intentione legerat, suavissimos reddebant concentus; aliæ verò, quas legerat minùs accuratè, submissiores injucundioresque edebant sonos.

4.  
Diffractio mentis, & ariditas contra voluntatem orationis, non obviunt bonum orationis.

Caveat is qui orat, ne voluntariè ac datâ operâ per gravem negligentiam inter orandum mente distrahatur: caveat item, ne orationem propterea deserat, quòd in ea nullam fortè consolationem sentit. Sanè, sicut mentis diffractio, quæ propter voluntatem orantis accidit, fructum & utilitatem orationis non tollit, ita nec cordis ariditas, dum bona voluntas adest. Hinc Dominus ad ipsam Gertrudem virginem aliquando dixit: *Vellem electis meis persuasum esse, quòd eorum bona exercitia & opera mihi omnino placeant, quando ipsi serviunt expensis suis. Illi t̄ autem expensis suis mihi servitium præstant, qui licet saporè devotionis minimè sentiant, fideliter tamen (ut possunt) orationes & alia pia exercitia sua peragunt, confidentes de pietate mea, quòd ego illa libenter & gratè suscipiam. Pleriq; sunt, quibus si sapor & consolatio interna concederetur, non eis prodesset ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur.*

Suis impensis in Deo servit.

Li. 3.  
In fin.  
c. 13.

† De actionibus & orationibus hominis aridi & desolati, quanti meriti & momenti sint coram Deo, ex hoc loco Bloii & aliis argumentis docet R. P. Alfonsus Rodericus Exercitii perfectionis parte 1. tract. 5. & eadem verba Domini ad Gertrudem citat pro exemplo intentionis rectissimæ R. P. Ieremias Drexelius in Augusti lib. 1. c. 2. §. 1.

Homo nonnunquam tanta mentis instabilitate laborat, ut si per orationem vel meditationem cor suum ad Deum elevare, illudque in pia aliqua cogitatione figere velit, mox inde pellatur. Id quod & beatus Augustinus ostendit, dicens: *Plerumq; orationes impediuntur vanis cogitationibus, ita ut vix stet cor ad Deum suum: & vult se tenere ut stet, sed quodam modo fugit à se, nec invenit cancellos quibus se includat, aut obices quibus retineat avolationes suas, & vagos quosdam motus suos. Vix occurrit stabilis oratio inter multas orationes. Et tolerat Deus corda precantium, & diversas res cogitantium; omitto dicere, & noxias aliquando, & perversas, & inimicas Deo. Porro, quia magna est eius misericordia, dicamus ei: *Lucunda animam servi tui, quoniam am ad te Domine animam meam levavi. Et quomodo eam levavi? Quomodo porro, quomodo tu vires dedisti.* Hæc Augustinus. Igitur qui bonæ voluntatis est, non perturbetur inordinatè propter instabilitatem cogitationum suarum; sed placidè faciat quod in se est, dum orat, & humiliter patienterque perseveret: ita enim Deo plurimum acceptus erit. Hinc beatam Gertrudem edocuit Dominus, quòd cum quispiam orando, meditando vel contemplando, sanctè dirigat mentem & cogitationes suas in Deum, tunc ante thronum gloriæ præsentat Deo quasi speculum \* miri splen-*

Cor dicitur in stabilitate quomodo ferenda, s. Augustinus docet. In Phil. 17.

\* Ani-  
ma orā-  
tis est  
speculū  
in quo  
Deus se  
contem-  
platur.

splendoris, in quo Dominus, bonorum omnium immissor, imaginem suam jucundissimè specularur. Et quando homo propter impedimenta cordisque instabilitatem, majori difficultate hoc facit, quantò gravius & parientiùs laborat, tantò speculum illud in conspectu venerandæ Trinitatis omniumque Sanctorum venustiùs atque ornatiùs apparet. Sed cavenda est nimia vehementia, ne caput lædatur, & spiritus impediatur.

6. Quam ob  
causam  
orantes  
diabolus  
gravius  
impug-  
nat: &  
quomodo  
ei repug-  
nandum.  
Lib. 6.  
Revel.  
c. 94.

Cùm sancta Birgitta orans tentationibus fatigaretur, dixit ei Deipara Virgo Maria: † Diabolus explorator invidius querit impedire bonos dum orant. Tu verò filia quacunque tentatione pulsèris inter orandum, persiste in desiderio vel bona voluntate, & conatu sancto, sicut commodè potes: quia desiderium & conatus tuus pius reputabitur pro effectu orationis. Etiam si pravas ac sordidas cogitationes, quæ cordi tuo incidunt, eicere non potueris; tamen pro illo conatu coronam in celo recipies: ita tibi proderit illa molestia, modò non consentias tentationi, & tibi displiceat quod indecens est.

7. Alieni  
orationi-  
bus sese  
commen-  
dare, pi-  
um est &  
utile, si  
est ora-

Virgo Gertrudis à Domino instructa est, quòd quando quis se alteriùs orationibus commendat, confidens se per ejus merita posse divinam gratiam obtinere, pius Dominus indubitanter secundum desiderium & fidem ip-

sius benefacit ei, etiam si ille cui se commendavit, neglexerit devotè orare pro ipso.

Quidam simplex admodum, & vix sciens plenè legere Orationem Dominicam, petivit consilium salutis à sancta Birgitta. Igitur orante eadem Birgitta pro eo, Christus dixit: *Magis mihi placet simplicitas huius hominis, quàm superbiorum prudentia. Itaque monemus eum, ut opus suum, laudabilemque consuetudinem continuet: & ego illi mercedem reddam. Eius bona voluntas mihi valde grata est. Ipse à Spiritu meo didicit veram sapientiam, videlicet, dilectionem Dei, per quam servat legem, omniaque divina mandata. Dicoribi, filia, Quicunque fide & voluntate perfecta legit hæc verba, IESU miserere mei, magis mihi acceptus est, quam is qui mille versus sine attentione pronuntiat. Itidem Dominus ait ad beatam Gertrudem: Quamvis animabus purgandis multum proficit, quidquid pro earum remedio fit, legendo Officium seu Vigiliis defunctorum, aliasque orationes; magis tamen eas juvat, & majorem relaxationem eis quandoque obtinet oratio paucissimis verbis ex ardentis affectu fusa. Sed propter hæc verba Domini, nullus prolixas preces, quas legere obligatus est, omittere debet, nisi ex justa ne-*  
P p 3 cef-

† Hæc quæ consentiunt cum 6. 1. huius capituli 3. citat etiam, & ad solatiū distractionis in oratione exornat R. P. Rodericus ubi supra cap. 23.

monile  
Spirit-  
tio non  
sequatur.  
Lib. 3.  
Infim.  
cap. 73.  
8.

Simplicis  
anima  
brevis  
& ardē  
oratio ef-  
ficax a-  
pud De-  
um, non  
tamē ideo  
longiores  
orationes  
omitten-  
da.  
Lib. 6.  
Revel.  
c. 11.



Monile  
Spir.

cessitate illas omittere cogatur. Oportet enim eas orationes, quæ ex debito & obedientia legendæ sunt, ac benè legi possunt, semper alijs orationum exercitijs præferre

9.  
Quomodo  
supplen-  
da qua  
legitimè  
impediti  
completi  
non va-  
luimus.  
Luc. 2.

Ipsa sancta Gertrudis aliquando ægrotans & lecto decumbens, cum Horas suas legere non posset, neque etiam, juxta desiderium suum ad honorem beatissimæ virginis Mariæ valeret dicere ex integro Salutationem Angelicam, conata est tamen sæpiùs iterare saltem hæc verba: *Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.* Hinc virgo Deipara ei apparuit, induto pallio aureis floribus mixtè exornato, quibus designabantur Salutationes ab ista cum labore lectæ: & in his excellentissimè relucebat pius affectus, quo ipsam gloriosam Virginem salutare desideraverat. Relucebat etiam sancta discretio, quâ illa tantum verba legerat, cum sentiret se alia legere non posse. Relucebat item integra fiducia, quâ confidebat, Matrem Domini benignè suscipere hoc ipsum exiguum servitium suum.

10.  
Ante le-  
ctionem  
Horarum  
o ratio pia  
& utilis  
ad implo-  
randum  
operita  
orationis  
Christi.  
Lib. 3.  
Spir. gr.  
cap. 80.

Beatæ Mechtildi revelatum fuit, † quod is qui legere haberet Horas canonicas, utiliter admodum faceret, si pensum Horarum suarum uniret orationibus Christi. Itaque quilibet inchoaturus Horas quas legere obligatur, po-

† Hanc praxim laudat ex hac revelatione R. P. Jacobus Alvarez de Paz tom. 3. lib. 1. part. 2. cap. 8. §. 1. am.

testcorde, vel etiam ore; hoc aut simili modo orare: *Domine Iesu, ego humiliter pro tui honore obedire, & tibi fideliter servire, teque purè laudare desidero, in unione illius perfectissimæ attentionis, quâ tu Patrem orasti & laudasti in terris: adjuva me gratiâ tuâ, quia sine te nihil possum.* Hac ratione exercitium eius mirè nobilitabitur, Deoque Patri plurimum placebit: nam reputabitur quasi unum exercitium cum Christi exercitio, sicut modica aqua missa in vinum & vino unita, jam vinum reputatur.

Cum eadem virgo Mechtildis 11. oraret pro quodam, qui conque- Post illi-  
stus apud ipsam fuerat, quod Ho- rariæ  
ras canonicas frequenter; ex hu- præci-  
mana infirmitate cogitando alia, oratio-  
legeret; tale à Domino respon- ibid. q.  
sum accepit: *Ille, pro quo oras, dicat semper post Horas hæc verba humiliter: Deus propitius esto mihi peccatori. Si enim in Publicano eadem verba tantum valuerunt, ut ipse à peccatis propter illa absolveretur & iustificaretur, cur non etiam cuilibet alteri veniam impetrent? Nam misericordia & clementia mea non minus nunc parata est ignoscere, quâ tunc erat.* Felix verò est, qui & ex bona voluntate humiliter obediendo, & sacra verba integrè pronuntiando, pensum Horarum suarum studiose explet: is enim etsi cordis distractionem patitur, non tamen voluntariè distrahitur.

Virgo

12.  
Monile  
Spirit.  
Orationis  
& operis  
nostrorum  
defectus  
per Iesum  
supplet.  
Lib. 3.  
Infim.  
cap. 25.

Virgo Gertrudis divinum Of-  
ficium cum ceteris Monasterij sui  
Virginibus aliquando peragens,  
singula verba attentè pronuncia-  
re litudebat: sed cum, ex infirmi-  
tate humana, sæpiùs mente di-  
straheretur, moesta dixit intra se:  
*Et quis fructus provenire poterit ex  
hoc studio, cui tanta instabilitas  
conjuncta est? Dominus igitur  
volens eam consolari, præsentavit  
ei dignissimum illud totius  
boni totiusque beatitudinis ga-  
zophylacium, nempe cor suum  
& dixit: Ecce cor meum dulcissi-  
mum oculis mentis tuæ prætendo, cui  
omnia, quæ per te minùs perficere  
potes, fiducialiter pro te perficienda  
commendabis: ita enim omnia cor-  
am oculis meis apparebunt valde  
perfecta. Certè ipsum cor meum  
divinum, humanam fragilitatem  
instabilitatemq; cognoscens, sem-  
per cum desiderio expectat, ut tu  
si non verbis, saltem cogitatione  
committas ei pro te supplendum,  
emendandum ac perficiendum,  
quidquid minùs per te perficere va-  
les. Igitur quilibet post Horas  
expletas (quæ quidem non men-  
te tantùm legi, sed etiam ore  
pronuntiari debent) potest hoc  
aut consimili modo orare: † Bo-  
ne Iesu, propitius esto mihi peccato-  
ri. Ego tepidum, & distractum  
servitium meum commendo melli-*

*fluo cordi tuo emendandum, ac per-  
ficiendum, tibiq; ipsum offero ad sa-  
lutem omnium, in unione illius per-  
fectissima attentionis, quâ tu Pa-  
trem orasti & laudasti in terris. Re-  
sponde, queso, satisfac & supple pro  
me plenissimè, Amen.*

Cùm ipsa Virgo Gertrudis,  
sentiens in quodam opere mag-  
nam difficultatem, diceret Deo  
Patri: *Domine hoc opus offero tibi  
in laudem æternam, per unicum Fi-  
lium tuum, in virtute Spiritus san-  
cti: intellexit, quòd quidquid  
piè offertur Patri per Filium,  
quidquid item humiliter petitur  
per Filium, illud mirificè supra  
humanam æstimationem nobili-  
tatur, & redditur Deo Patri ac-  
ceptum: quemadmodum viride  
vel aureum apparet, quidquid  
per vitrum aut gemmam vi-  
ridis aureive coloris  
conspicitur.*

13.  
Minima  
& abjecta  
opera no-  
stra Chri-  
sti unione  
nobilitan-  
tur, &  
ad mag-  
nam mer-  
cedem at-  
tollun-  
tur.



† Hoc ipsum, & alia pro ista praxi post  
Horas pre carias, adfert idem R. P. Alva-  
rez ibidem cap. 16. §. Hoc. Estque hic ob-  
servanda praxis oratiunculæ post Officium  
divinum.

CAPVT IV.

Defectuum quotidianorum censura, & remedia, cum solatio in tentationibus.

1. Pugna contra defectum quotidianorum relicta nobis est ob maius lucrum pietatis.
2. Defectum presidentium permittuntur, ut tam seipsos, quam sibi subditos ad maiorem perducant profectum.
3. Humilis retractatio quotidianorum defectuum, insignis est dispositio ad gratia augmentum.
4. Eam frequentanti defectu ipsi non minuunt perfectioni integritatem.
5. Amor serueni & plena resignatio eisdem abforbent maculas ex defectibus quotidianis contractas.
6. Impatentia & ira reprimenda est, ex consideratione mansuetudinis & passionis Christi.
7. Retractatio quotidianorum defectuum cum amore & amore facta, Deo est gratissima.
8. Iudicium Dei timendum reuera est, sed moderate tamen.
9. Cogitationes pravae caute repressa, purgant & mundant animum.
10. Gravissimus conflictus in purarum imaginum, vincitur optime pia resignatione, & sancta occupatione.
11. Etiam sanctissimi famuli Dei gravibus tentationibus in hac vita impugnantur, ut copiosius premientur in calu.

1. Defectuum quotidianorum pugna Deum honorificat, & ad multum utilis est. Lib. 3. In fine. cap. 52.

**E** Adem Virgo Gertrudis, propter minutiorem quemdam defectum sese multum arguens ac reprehendens, desideravit & petiit a Domino, ut illum penitentis in ipsa emendaret, atque ab ipsa auferret. \* Cui benignus Dominus blandè respondit: *Et quare velles, ut & ego magno honore privarer, & tui genti premio careres? Nam grande nimis premium lucraris, quotiescunque illum vel similem defectum recogno-*

\* Hæc citat, & alia in eandem rem addit Reverend. Pater Alfonsus Rodericus Exercitij perfectionis parte 2. tractatu 4. capite 7.

scens, proponis de cetero eum vitare: & quodcumq; quis studet pro amore meo defectus suos devincere, tantum mihi honoris ac fidelitatis exhibet, quantum miles exhiberet Domino suo, si strenuè seipsum in bello inimicis opponeret, eosq; viriliter expugnaret atque prosterneret.

Orante eadem virgine pro defectu cuiusdam personæ quæ Congregationi præerat, Dominus illi apprensus, <sup>b</sup> dixit: *Ego ex abundantia pietatis, dulcedinis, & dilectionis mee divinæ, quæ Congregationem hanc elegi, permittio inherere aliquos defectus etiam illis qui præsumunt: ut inde meritum Congregationis augeatur. Nam multo maior virtus est, subici ei cujus defectus cognoscitur, quam alteri cuius opera per omnia probata videntur. Ego sine Superiores habere aliquos defectus, & ex diversitate curarum quandoq; maculari, ut magis humilientur, Subditarum meritum crescit tam ex defectibus quam ex profectibus earum quæ præsumunt: & similiter meritum illarum quæ benè præsumunt, crescit tam ex profectibus quam ex defectibus subditarum. In quibus verbis Domini, Gertrudis intellexit superfluentem divinæ sapientiæ pietatem, quæ tam subtiliter salutem electorum disponit: permittens in eis esse defectus, ut ipsos ad majores ducat profectus.*

Vi-

<sup>b</sup> Illud sanctæ Gertrudis exemplum inter alia obedientiæ cæcæ exempla refert idem parte tertia tractatus, cap. 8.

Videbatur itaque sibi, quòd etiã-  
fi bonitas Dei nunquam in alia  
re magis claruisset quàm in ista,  
omnis tamen creatura Deum sa-  
tis laudare non posset.

3. *Agnitio  
quoridia-  
ni defe-  
ctuum,  
dispositio  
est ad  
gratiam.*  
Lib. 4.  
Inlin.  
6. 2.

Instante festo Nativitatis Do-  
mini Jesu, ipsa Gertrudis propter  
infirmiorem lecto decumbens,  
inciderat ex fragilitate humana  
in impatientiam. Cùm igitur  
cum mœrore revolveret in corde  
suo illum suum defectum, repu-  
tans se omnibus Dei donis ni-  
mis indignam, propterea quòd  
ex parva quadam negligentia sibi  
servientium prolapsa ad tantam  
impatientiam fuerat: divinitus  
edocta est, quòd omnes cogita-  
tiones, quibus homo cum mœ-  
rore suum retractat defectum,  
post dignè peractam pœnitentiam  
(de qua Deus in Scriptura dicit,  
In quacunque hora conversus  
fuerit peccator & ingemuerit,  
omnium peccatorum ejus non  
recordabor amplius) nihil aliud  
sunt, quàm quædam dispositio  
& præparatio ad gratiam Dei reci-  
piendam.

4. *Quoridia-  
ni defe-  
ctuum non  
sunt cum  
immode-  
rato do-  
lore re-  
tractan-  
di, ne  
tenebræ  
inutile  
offun-  
dant.*

Rursum hæc virgo Gertrudis  
aliquando ex inordinata quadam  
tristitia simul & impatientia ran-  
tas incurrerat tenebras, ut mag-  
na ex parte jucunditatem divinæ  
præsentia videretur amisisse:  
quæ tamen tenebræ postea per in-  
terventionem beatæ Mariæ vir-  
ginis fuerunt temperatæ atq; mi-  
tigatæ. Cùm ergo benignius à  
Domino visitata, recoleret illam  
suam impatientiam ac ceteros

defectus suos, ipsa sibi valde di-  
splicens, cum magna spiritus de-  
jectione dixit ad Dominum:  
*Obsecro Domine, impone finem ma-  
lis meis, nam ego illis nullum finem  
impono. Libera me, & pone me  
juxta te, & cujusvis magnus pug-  
net contra me.* Cujus desolationi  
Dominus compatiens, sciscita-  
tus est ab ea, utrùm delectatio-  
nem aliquam in mundo potius  
eligeret quàm se, & aliquid sibi  
præponere vellet. Ad quod il-  
la: *Absit, absit, ut ego tibi vero,  
summo, stabili, & æterno bono ali-  
quid præferam.* Et Dominus:  
*Cùm nihil mihi præponas, & volun-  
tatem tuam voluntati meæ semper  
subycere cupias, constat te in cha-  
ritate \* & gratiâ esse: cur ergo  
propter peccata tua tam desperan-  
ter loqueris? Nam scriptura teste,  
charitas operit multitudinem pec-  
catorum.*

Cùm eadem virgo Gertrudis  
iterùm incidisset in impatien-  
tiam, & tamen Deus benignissi-  
mè eam visitaret, tandem dixit  
ad Dominum: *O dulcissime Deus,  
quomodo potuisti mihi nunc tam in-  
digne atque imparate, tam conso-  
latoria gratia tue dona impertiri?*  
Respondit Deus: *Amor coëgit  
me.* Et illa: *Ubinam sunt macule  
illæ à me contracte per impatientiam  
quas incurri, & aliquantulum ver-  
bis ostendi?* Ad quod Dominus:  
*Ignis Divinitatis meæ consumpsit  
eas.* Tunc illa: *O clementissime  
Deus, cùm toties gratia tua præve-  
niat vilitatem meam, vellem scire,*

Q9

utrum

Monile  
Spiritus.

Job. 17.

\* Nul-  
lus de-  
fectus  
peccati  
venialis  
quan-  
tumvis  
magnus  
aut fre-  
quens  
spoliare  
potest  
animam  
gratiâ  
Dei &  
charita-  
te.  
1. Pet. 2.

5. *Amorose  
resigna-  
tio citò  
delet qua-  
tidianor  
defectuum.*

Monile  
Spirit.

uirum prædicta impatientia & si-  
miles defectus post mortem in anima  
mea purgari debebunt. Cui cum

Dominus benignè dissimulando  
non responderet, ipsa subjunxit:

*Verè Domine, si decor iustitiæ tuæ  
exigeret, sponte & libens descen-  
derem \* etiam in infernum, ut eò  
digniore emendationem tibi pro  
culpis meis exhiberem: si verò na-  
turali bonitati & misericordiæ tuæ  
magis congruit, ut macule meæ a-  
more tuo prorsus consumantur atq;  
ad nihilum redigantur, liberrime  
exposcam, ut idem amor tuus ipsas  
anime meæ maculas plenè expurget.*

Dominus igitur solita pietate sua  
petitioni & desiderio ejus promp-  
tissimè satisfecit.

Christus leniter reprehendens  
sanctam Birgittam propter impa-  
tientiam & iram, quæ perturbata  
fuerat, ait: *Ego creator & spon-*

*sus tuus pro te sustinui verbera: tu  
verò ita impatiens fuisti, ut non po-  
tueris portare verba. Ego stans  
ante iudicem, cum accusarer, ta-  
cui, & non aperui os meum: sed tu  
acerbius respondendo & exprobran-  
do, vocem tuam nimis exaltasti.  
Tu debueras omnia patienter tole-  
rare propter me, qui clavis affixus  
fui pro te: debueras per patientiam  
tuam eum, qui erravit, ad meliora  
provocare. Sis ergo post hac cau-*

*tor: & ubi ab aliquo ad iram pro-  
vocata fueris, \* non facile lo-  
quaris, donec ira ab animo tuo se-  
motâ fuerit. Transacta autem a-  
nimi commotione, & causâ ipsius  
commotionis diligenter pensatâ, po-*

*teris loqui cum mansuetudine, candi,  
Quòd si loquendo nihil proficeres, & tacitudo  
tacendo non peccares: melius tunc nitas  
faceres, & majus meritum acqui- est.  
reres, si sileres.*

Intellexit virgo Gertrudis, cor  
divinum inæstimabili dulcedine  
affici, quoties aliquis cum mœro-  
re recollit, se per evagationem  
mentis, vel per verborum ope-  
rumve inutilium dissolutionem,  
deci disse à Domino Deo suo, qui  
ipsum singulis horis ac momen-  
tis tam benignè beneficijs præve-  
nit & subsequitur. Intellexit,  
quòd quando homo corde com-  
puncto apud se dicit hæc aut simi-  
lia verba, *Hæc me miserum!* quo-  
modo tempus istud consumpsit quam  
parum Deo amatori meo intendi!  
& cum desiderio proponit de ce-  
tero vitare hujusmodi negligen-  
tias atq; offensas, efficitur reverè  
tabernaculum Dei, in quo, tan-  
quam in domo propria, habitare  
dignatur Dominus summæ ma-  
jestatis. Sicq; per sanctissimam  
Filij Dei conversationem supplè-  
tur negligentia, & sancta vita  
renovatur in homine fideli: atq;  
inde fit gaudium in cælo, eò quòd  
infinita Dei bonitas dignatur in  
anima verè pœnitente suas habe-  
re delicias.

Dominus Jesus ait ad Birgit-  
tam: *\* Cur turbaris & sollicita  
es, filia? Respondit illa: Quia  
diversis, & inutilibus malisq; affli-  
gor cogitationibus, quas removere  
nequeo, & terror iudicij tui me an-  
git. Tunc Dominus, Hæc, inquit,*

*verè*

\* Nimi-  
rum sal-  
vafem-  
per Dei  
amici-  
tia: qui  
gradus  
resigna-  
tionis  
eminè-  
tissimus  
sæpe jã  
occurrit  
& Deo  
placet.  
Est autè  
amoro-  
sa ista  
resigna-  
tio reme-  
diũ  
efficax  
ad eva-  
dendum  
reatum  
omnem  
tam cul-  
pæ quã  
pœnæ.

6.  
Ira repri-  
mendã  
est per  
Christi  
mansue-  
tudinẽ  
& tole-  
rantiam  
injuriam.

Lib. 8.  
Revel.  
pap. 6.

\* Reme-  
dium  
oppor-  
tunum  
iræ, dũ  
ferret,  
obser-  
vandum  
& appli-

7.  
Summè  
placet  
Deo de-  
fectum  
etiam ni-  
mirum  
dolo &  
emenda-  
tio ex-  
mordè.

Indica  
iusti Di-  
rimenda,  
sed con-  
moderati-  
ones sa-  
Et filia  
citas

Lib. 3.  
Revel.  
cap. 19.  
\* Proco  
solatio-  
ne ari-  
ditatis  
in spiri-  
tualib9  
exerci-  
tiji9, hūc  
inter  
alia lo-  
cum ad-  
fert R.  
P. Alfon-  
sus Ro-  
deicius  
Exerci-  
tij per-  
fectio-  
nis p. 1.  
tract. 8.  
cap. 29.

vera est iustitia, ut sicut prius dele-  
tabaris in vanitatibus mundi con-  
tra voluntatem meam, ita modo tibi  
molesta sint varia perversaq; cogita-  
tiones contra tuam voluntatem.  
Verum tamen time iudicium meum  
moderate & cum discretione: firmiter  
semper confidens in me Deo tuo.  
Certissimè enim scire debes, malas  
cogitationes, quibus mens reluctatur,  
& quas detestatur, esse purgationem  
animæ atq; coronam. Si tu illas  
prohibere non potes, ser patienter,  
ac voluntate eius renitere. Et quā-  
vis ipsi non consentias, time nihil-  
ominus ne inde superbias, & cadas:  
nam quicumq; stat, solius Dei virtu-  
te stat.

9.  
Cogitatio  
nec pra-  
va repug-  
nanda  
superata,  
mundant  
mentem,  
& virtu-  
tes custo-  
diunt.  
Lib. 2  
Revel.  
cap. 27.

Rursum dixit Dominus ad eā-  
dem Birgittam: *Ut homo intelligat  
infirmitatem quam habet à seipso,  
& fortitudinem quam habet à me;  
neceffe est ut quandoq; permittatur  
pulsari pravis cogitationibus: qui-  
bus si non consentit, illæ efficiuntur ei  
purgatio animæ, & custodia virtu-  
rum. Et licet valdè amare sint ad  
ferendum, sanant tamen animam,  
& ducunt eam ad aeternam vitam,  
quæ non potest haberi sine amaritu-  
dinibus. Diligenter verò laborare  
debet anima, ne eis consentiat, aut  
in eis deleatur.* Nonnulli in ini-  
tio conversionis suæ, alij in vitæ  
medio, atq; alij in senectute gra-  
viùs tentari permittuntur. Hinc  
Mater Dei eidem Birgittæ ait: *Tu  
miraris, \* cur in senectute tenta-  
tiones tibi accrescant, & eas modo  
sentias, quas nec in iuventute, nec  
in coniugio experta es. Hoc ideo fit,*

Lib. 9.  
cap. 94.  
\* Etiam  
in ulti-  
ma sene-  
ctute  
graves  
tenta-  
tiones  
oppug-  
nant p. 1.

*ut cognoscas te nihil esse, & nihil  
posse, sine Filio meo. Nisi enim ille  
te servasset, non est aliquod peccatū  
tam grave, quod non commisisses.*  
Sancta virgo Catharina, Dei  
permissione pluribus diebus acer-  
rimè divexata fuit carnalibus ten-  
tationibus. Nam maligni spiri-  
tus eam non solum per obscæna-  
rum cogitationum immisiones,  
& somniorum illusiones, sed eti-  
am per manifestas apparitiones  
se se oculis & auribus ejus ingere-  
bant. Effingebant imagines vi-  
rorum & mulierum in conspectu  
ejus se mutuo turpissimè ample-  
xantium, illamq; gestibus, ver-  
bis, & actibus valdè inhonestis  
provocantium ad libidinem atq;  
luxuriam. Ad hunc modum ca-  
stissima virgo cogebatur videre  
atq; audire id quod maximè hor-  
rebat: & licet oculos clauderet,  
nihilominus perdarabant spur-  
cissimæ & abominandæ illæ ima-  
gines. Inter hæc etiam spiritua-  
libus consolationibus destituta  
erat, & solitum devotionis fer-  
vorem minimè sentiebat. Atta-  
men propter hujusmodi molestiā  
non omisit sua pia exercitia; sed  
diligentissimè instabat orationi  
sicut poterat, ac seipsam ita allo-  
quebatur: *Tu vilissima peccatrix  
nullis consolationibus digna es. Quid  
enim? nonne tibi fuerit satis, si non  
damneris, etiamsi toto vitæ tua tem-  
pore has cruces & tenebras ferre de-  
beres? Certè non ideo elegisti ser-  
vire Deo, ut hic consolationes ab eo  
accipias, sed ut in calis illo fruaris*

Monile  
Spiri-  
os, ut  
discant  
humili-  
tatem,  
& gra-  
tia Dei  
necessi-  
tatem.

10.

Impura-  
rum ima-  
ginum  
constitua-  
graviss-  
ma est;  
sed victo-  
ria per  
pia exer-  
citia &  
humilem  
resigna-  
tionem  
obine-  
tur.  
Exc. 11.  
primæ  
partis  
vitæ e-  
jus.

Monile  
Spir.

*in eternum, Surge igitur, & consueta exercitia tua prosequere, Dominusq; suo fidelis permane. Postea cum unus daemon proterviter illi diceret, Non desistemus, sed ad mortem usq; tibi molesti erimus, nisi nobis consentias; respondit illa, Ego afflictionem elegi pro refrigerio: nec difficile, imo iucundum mihi erit, & has & alias penas pro honore Domini mei Iesu Christi sustinere, quamdiu ei placuerit. Ad quaerba, tota cohors malignorum spirituum confusa discessit, & lux ingens locum in quo sancta Virgo erat, illustravit, Dominusque ei apprensus dixit: Quando cor tuum sordidis cogitationibus abundabat, ego intus in medio eius latebam, & efficiebam ne illis consentires aut delectareris. Permitebam te tentari quantum saluti tuae expediebat, ut me adiuvante vinceret.*

11.  
Sancti  
quod ipsi  
in terra  
impugnati  
sunt, ut  
episcopis  
in caelo  
remune-  
rentur.

Virgo Gertrudis in spiritu aliquando clarissime cognovit, quomodo Deus nonnunquam permittat hominem pluribus vitijs gravissime impugnari, ut is postea de triumpho feliciter exulteret, & majorem gloriam in caelo obtineat. Cognovit plerisque esse eximios castitatis & puritatis sectatores (quales fuerunt Apostoli Christi) qui suspecta quidem omnia fugiunt, sed ea quae suspecta minimè sunt, rationabiliter admittunt. Et hi si interea tentatione aliqua pulsantur, viriliter certando (adjuvante gratia Dei) ipsam tentationem devincunt: si

verò interdum ex humana fragilitate aliquantulum succumbunt, student hoc dignis poenitentiae fructibus delere. Huiusmodi praelatores beatus Augustinus ita exhortatur: *Attendite Sancti quicumq; pugnat. Preliantibus loquor: intelligunt qui pugnant, non me intelligit, qui non pugnat. Vult homo castus, ut nulla omnino surgat in membris suis concupiscentia adversaria castitati. Pacem vult, sed nondum habet. Quando enim ad illud ventum fuerit, ut nulla omnino exurgat concupiscentia adversaria, nullus erit hostis: cum quo luctemur: nec expectatur ibi victoria, quia de hoste iam victo triumphatur. Modo autem quando caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, contentio est. Non quod volumus facimus. Quare? Quia volumus ut nulla sint concupiscentiae, sed non possumus. Velimus nolimus, habemus illas: velimus nolimus, titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur. Caro enim concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non ea quaecumq; vultis, faciatis. Quid enim vultis o Sancti, o boni praelatores, o fortes milites Christi, quid vultis? Ut non sint omnino concupiscentiae mala. Sed non potestis. Exercere bellum, sperate triumphum. Facite quod potestis, quod ait ipse Apostolus alio loco, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus. Non ait, Non sit peccatum; sed non regnet.*

Quam

Aug. 7.  
10. Ser.  
43. de  
Verbis  
Domini.

Gal. 5.

Rom. 7.

Rom. 6.

\* Id est peccati fomité, aut concupiscē-  
tiam. *Quamdiu vivis, peccatum \* neces-  
se est esse in membris tuis: saltem illi  
regnum auferatur, non fiat quod ju-  
bet.* Hæc Augustinus.

in conscientia sua gravioris culpæ  
fentiens remorsum, minime sara-  
gebat per verba Sacerdotis absol-  
vi, saltem à pulvere venialium  
culparum, sine quibus humana vi-  
ta non ducitur: sed simulabat se  
interdū dormire, quādo Sacerdos  
confessiones recepturus aderat.

Monile  
Spirit.

CAPUT V.

*De confessione frequentis, & desi-  
derio confitendi.*

1. Hebdomadaria confessionis utilitas.

2. Etiam venialium confessio à spiritualibus  
personis frequentanda, ob utilitatem illam, quod  
semper in singulis confessionibus nova Sacramenta-  
li gratia datur.

3. Firma voluntas confitendi, reputatur pro fa-  
cto, quando aliud non poterit.

4. Peccata in confessione oblita, præmissa tamē  
diligenti examine, cum alijs confessi remittuntur.

5. Licet timoratus & anxie conscientia homini-  
bus etiā non præmissa confessione communicare, ubi  
obediētia id ordinat, & non adest Confessarius.

**C**Hristus audiente sancta Bir-  
gitta, ait: *Et, qui spiritum &  
gratiam meam adipisci ac retinere  
desiderat, utile est, crebro peccata  
& negligentias suas coram Sacer-  
dote confiteri, ut expurgetur.* Et  
cū ipsa Birgitta videret animā  
mariti sui domini Vlphonis in  
Purgatorio, dixit: *O felix ani-  
ma! quid præcipue tibi profuit ad  
salutem? Ille respondit: Confessio  
mea, quam Ferrys sextus (dum Sa-  
cerdotis copiam habebam) facere  
solitus sum, cum firmo me emen-  
dandi proposito.*

2. Quædam monastici Ordinis  
virgo, quæpiè admodum vixe-  
rat, veniens ad mortis horam,  
purgari ante exitum debuit ab  
hac culpa, quod quandoque gra-  
tiam sacramentalis confessionis  
neglexerat. Nonnunquam enim,  
cū aliæ sociæ virgines ad con-  
fessionem coram Sacerdote faciē-  
dam sese præpararent, illa nullū

Degente beata Birgitta Romæ,  
venit illuc quidam, qui sacramen-  
taliter confiteri peccata sua cupie-  
bat, sed Confessorem habere non  
poterat, propterea quod nullus  
Sacerdotum linguam ejus intelli-  
geret. Pro quo cū ipsa sancta  
Birgitta Dominum consuleret,  
respondit Dominus: *Ille plorat,  
quod non inveniat auditorem con-  
fessionis sue; sed dices ei, ut bono sit  
animo. Voluntas sufficit, ubi homo  
bonum opus prestare non potest, quod  
prestare desiderat. Quid enim salu-  
tem latroni in cruce attulit? nonne  
bona voluntas? Quid item efficit in-  
fernum, nisi voluntas mala, & affe-  
ctus inordinatus? Itaq; pauper iste  
permaneat stabilis, & non retroce-  
dat. Qui postquam in patriam suā  
redierit, querat & audiat à sapien-  
tibus ac justis ea quæ anima ipsius sa-  
lutaria sunt, eisq; voluntatem suā  
submittat, sequendo eorum consiliū  
potius, quàm propriam inclinatio-  
nem aut proprium iudicium. Et si  
mortuus fuerit in via, fiet ei quod  
ego pendens in cruce dixi latroni, e-  
ris mecum in Paradiso.* Profecto  
bona voluntas magnus & dulcis  
est thesaurus. Qui hanc habet, is  
desiderat & conatur obedire ac

3.

Bona vol-  
untas  
pro facto  
reputa-  
tur, etiā  
in mate-  
ria con-  
fessionis,  
Deo sup-  
plente de-  
fectum  
involun-  
tarium  
Sacramē-  
ti, per a-  
lias gra-  
tias non  
Sacramē-  
talis.

Luce. 2.



Monile  
spirit.

placere Deo, † & facere ea quæ illi accepta sunt. Hæc sanctarum virtutum omnium fundum & radix est. Ipsa è Spiritu sancto nascitur, & est eximia Dei gratia atq; infusa charitas. Beatus qui illam à Domino accepit, & eam diligenter in se conservare studet.

4.  
Pensata  
gravia  
in confes-  
sione ob-  
lita, re-  
mittun-  
tur per  
eam indi-  
recte, &  
cum obli-  
gatione  
post eadē  
confiten-  
di, quan-  
do occur-  
rent, ut  
Theologi  
passim  
sentiunt.  
Lib. 4.  
Infin.  
cap. 34.  
\* Hæc  
devenia  
libus  
peccatis  
accipe,  
& ubi  
est ve-  
hemens  
& amo-  
rosa ob-  
fensam  
etiam  
in mini-  
mis de-  
estatio.  
†

Conquerebatur aliquando virgo Gertrudis beato Joanni Evangelistæ, dicens se metuere ne aliquod impedimentum ex hoc incurreret, quod quandoq; nonnulla (licet modica) omittebat ex oblivione confiteri coram Sacerdote, eò quòd copiam Sacerdotis interdum non haberet, & tamen illa propter debilitatem memoriæ retinere nequireret. Quam S. Joannes blandè consolatus est his verbis: *Noli timere filia: \* quia quancumq; voluntate integra te præparas ad confitendum omnia peccata tua, & requirens Sacerdotem non cum habere potes, ea quæ ex oblivione omittis confiteri, effulgebunt coram pio Domino in anima tua tanquam gemma pretiosa, unde mirum in modum gratiosa conspectibus omnium civium celestium appareris.*

† Tridentina Synodus sess. 14. c. 4. de Contritione docet, in hoc casu hominis sic contriti debere adesse votum & voluntatem præstandi omnia ad Sacramentum Pœnitentiæ requisita, quorum unum est oris confessio, additque, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Unde satis liquet, bonæ voluntati confitendi, dum non licet, debere adesse confitendi factum, dum licet.

Cum eadem virgo Gertrudis aliquando oraret pro quibusdam alijs virginibus Monasterij sui, quæ licet propter Confessoris absentiam non fecerant Sacramentalem confessionem, ad ipsius tamen monita sacram Eucharistiam humiliter acceperant: videbatur Dominus induere eas veste quadam candidissima, nempe suâ innocentia. Quæ vestis undiq; ornata erat gemmis præstantissimis, tam formam quàm fragrantiam violarum habentibus; & his notabatur humilitas illa, qua monitis ejus simpliciter consentientes, & de bonitate Dei confidentes, communicaverant. Deinde dabatur eis etiam vestis rosea, floribus aureis intexta, figurans nimirum passionem Dominicam in amore perfectam, per quam passionem quilibet homo obtinet meritum dignæ præparationis. Illis verò Sororibus, quæ non monitis Gertrudis, sed per se (gratiâ Dei sibi cooperante) de bonitate Dei piè confidebant, & licet Sacerdoti peccata sua confessæ non essent, tamen communicabant, dabatur tantummodò vestis rosea aureis floribus resperfa. Porro illæ quæ cum humilitate & mœrore omittebant Communio- nem, videbantur stare coram mēsa cælesti, atq; in abundantia deliciarum ejus plurimum delectari.

CAPUT VI.

De frequentanda sancta Eucharistia.

1. Frequens Communio non debet prohiberi, ubi non adest conscientia peccati mortalis.
2. Idem verum est, sive Ecclesiastici & Religiosi sint, sive secularis aut laici.
3. Pena negligentium frequentem Communionem.
4. Delectatio devota Communionis longissime superat voluptates corporeas.
5. Eucharistia suavissimum est memoriale divini amoris.
6. Preparatio ad Communionem per ignita amoris desideria.
7. Item per unionem cum preparationibus omnium Sanctorum.
8. Placet Deo, si quis obedientia dirigente ex discretione abstinet à frequenti Communionem: sed magis placet, qui ex charitate eam sapienter usurpat.
9. Omnes Sancti honorant & adjuvant dignè ac humiliter communicantes.

1. Eucharistia frequentanda, cum non adest conscientia peccati mortalis. Prov. 8.

**O**Rante rursus sancta Gertrude pro quadam virgine Congregationis suæ, quæ zelo justitiæ mota, alias pias Sorores verbis suis reddebat pusillanimes, atq; à frequentiori sacrae Eucharistiæ perceptione deterrebat, respondit Dominus: *Cum delicia mea sint esse cum filijs hominum, & ego hoc Sacramentum ex summa charitate in meam commemorationem fidelibus suscipiendum reliquerim, atq; etiam per illud cum eis usq; ad consummationem sæculi remanere velim: quicumq; aliquos, à mortali peccato immunes, verbis vel suasionibus ab eius perceptione retrahit, is quodammodo impedit & interrumpit delicias meas, quas cum illis habere possem. Similis enim est Severiori padagogo, qui à filio Regis*

*ignobiles ac pauperes coartaneos eius (quorum consortio ipse Regis filius multum delectatur) durius repellit: judicans magis congruere adolescentulo, ut Regali fruatur honore, quam ut pilâ cum illis ludat in platea. Verum tamen si quis proponeret hujusmodi severitatem de cetero deponere ac vitare, ego non solum illi ignoscerem, verum etiam tam gratum hoc haberem, quam haberet gratum filius Regis, si padagogus serenum blandumq; vultum præferens, reduceret ad ipsam dilectos coartaneos eius ad ludendum cum eo.*

Monile Spirit.

**E**adem virgo Gertrudis intellexit à Domino, quod illi non irreverenter nec indignè sumunt sacram Eucharistiam, qui eam piè sumunt ex desiderio honoris, laudis atq; gloriæ Dei: quæ sanè gloria divina in hoc præcipuè elucescit, quod summa illa Majestas rã indignis hominibus se communicare nõ dedignatur. Igitur pij quiq; Sacerdotes, & etiam Monachi ac Moniales bonæ voluntatis, qui absq; fictione Deum propriamq; salutem quærunt, & suum Ordinem sanctaq; Congregationis suæ Statuta servare student, ac humiles spiritualesque esse conantur, & tempus utiliter traducunt, & quando sese negligunt, vel in aliquo delinquant, Sacerdoti suo purè confitentur quidquid conscientia testatur esse peccatum: hi Deo satis confidere debent sicque super ejus misericordia & benignitate Sacramentum Eucharistiæ

2. *Enavoluntatis homines frequentem Communionem cujuscunque staturus vel ordinis sint, in Ecclesia Dei.*

Monile  
Spiritus.

rística accipere, quoties ex Ordine datur, vel ex bona consuetudine illud recipere solent. Similiter quotquot viri vel feminae saeculares vivunt in aliquo statu, qui à Deo & Ecclesia non discordet, sive sint in matrimonio sive extra matrimonium, sive vendant sive emant, seu quavis alia licita ratione victum sibi parent, si bona voluntate praediti ex Dei gratia perseverant in bono, & à gravibus culpis sese continent, vitamque suam secundum Dei praeccepta ac sanctae Ecclesiae decreta dirigere volunt, peccataque sua humili corde Sacerdoti confitentur: hi omnes de Dei misericordia confisi, venerandum Eucharistiae Sacramentum, in solemnitatibus, vel diebus à spirituali Patre ipsorum statutis, accipere possunt. Licet enim rebus externis multipliciter occupati sint, & in leviores culpas saepius cadant, pro viribus tamen sunt iusti in omnibus, ob idque Deo placent. Inveniuntur autem nonnunquam etiam inter eos qui habitum saecularem gestant, aliqui tam puri & ferventes vel sancti, ut quotidie sacram Communionem percipere possint.

3.  
Communionem  
negligentia  
puna  
in purgatorio.

Anima cujusdam defuncti cuiusdam Dei amico in flamma ardoris immensi apparens, dixit se ea sola de causa tam diris cruciaturus, quod circa Domini Corporis perceptionem fuisset negligentior: addiditque, si vel semel venerabile Sacramentum

devotè pro ipso accipere dignaretur, se mox liberandam. \* Quod cum ille Dei amicus fecisset, sequenti die anima eidem sole fulgentior atque micantior apparuit, unicam illam dignissimi Sacramenti hujus perceptione ab intolerabilibus paenis liberata, atque ad caelum & aeternam beatitudinem evecta.

Christus Jesus ait ad sanctam Gertrudem: *Quando me tibi communico in Sacramento altaris, blandior tibi per amplexus & oscula: atque haec delectatio incomparabiliter major est, quam sint omnes delectationes, quas unquam aliqui poterunt experiri in amplexibus & osculis humanis. Nam delectatio amplexuum, & osculorum humanorum vilis est, atque cum tempore transit: suavis vero unio illius, quam mihi univis in Sacramento altaris, nobilissima atque purissima est, nec unquam deficit aut repescit: sed quando saepius renovatur, tanto efficacius viget in aeternum.*

Dominus dixit ad sanctam Catharinam: *Merito cor hominis a more scindi dissolvique deberet, considerando inter beneficia à me exhibita, eximum beneficium sacrae ac venerabilis Eucharistiae. Haec autem oculo intellectus & fidei adspicienda est, non oculo corporis tantum: nam fidei oculus attendit sub exigua panis specie verum Deum & verum hominem. O quanta excellentia & dignitas est, percipere in gratia hoc admirabile atque ineffabile Sacramentum! Est enim panis vite & cibus*

\* Eucharistiam  
fumentum  
pro anima  
in purgatorio,  
eam liberat,  
et quod  
usus et  
doctrina  
na Ecclesiae  
Choluz  
4.  
Purissimum  
delectatio  
tio  
Crisostomus  
de vita  
superiorum  
nisi de  
simul  
ca.  
Lib. 6.  
In  
cap. 10.

5.  
Exhibita  
sua  
nisi  
nisi  
le  
am  
Tribus  
capitulis

Ioan. 6. & cibus Angelorum. Qui illud congruè suscipit, manet in me, & ego in eo. Incomprehensibilis charitas mea vobis providit hunc cibum salutariferum, ut in vita ista, in qua viatores & peregrini estis, refrigerium solatiumq; inde habeatis, & apud vos perseveret memoria passionis pretiosiq; Sanguinis unigeniti Filij mei.

6. Christus sanctæ Mechtildi ait : *Quando sacram Communionem perceptura es, desidera & opta, ad laudem nominis mei, habere omne desiderium, omnemq; amorem quonquam cor aliquod erga me flagravit, & ita ad me accede. Nam ego amorem illum in te attendam atque suscipiam, non sicut est in te, sed sicut velles cum in te esse.*

7. Corpus Christi aliquando sumptura beata Gertrudis, cum se nimis imparatam doleret, rogavit beatam virginem Mariam, & omnes Sanctos, ut Domino pro se offerrent omnem dignitatem, quâ quilibet ipsorum unquam paratus fuerat ad gratiam Dei recipiendam. Vnde Dominus ait ad eam: *Iam verè omnibus cali civibus appares in eo ornatu, quem tibi petisti.* Utile igitur est, ut quilibet percepturus sacram Communionem, etiam desideret & perat animam suam exornari meritis ac virtutibus Jesu Christi Sanctorumque ejus.

8. Cum eadem Gertrudis admodum debilis desideraret divinam percipere Eucharistiam (ad quam etiam accipiendam diligenter se

præparaverat) consilio tamen Matris spiritualis, propter bonum discretionis, illam non accepit. Et cum hoc Domino offerret in laudem æternam, Dominus se acclinans, suscepit eam in sinum paternæ benignitatis suæ, eique dulciter blandiens, dixit: *Quia deliberasti me omittere purè propter me, ego in gremio meo confovebo te.*

Tunc intellexit Gertrudis, hominem non displicere, sed placere Deo, quando ex discretionem vel obedientiam, non autem ex negligentia, intermittit sacram Communionem. Igitur laudabile quidem est interdum ex humilitate ac sancto timore seu reverentiâ abstinere à sacramentali perceptione Eucharistiæ: sed multò meliùs est, ex charitate, & divinæ laudis bonique communis desiderio, sive ex speciali devotione, frequenter ipsam sacram Eucharistiam accipere. Sanè cum præcellentissimum hoc Sacramentum sit fons totius gratiæ, & medicina animæ, non leviter quis ab ejus perceptione se elongare debet, propterea quòd spiritualem saporem & consolationem fortè non sentit, aut quòd gravibus importunisque tentationibus affligitur. Nam qui piè & humiliter communicat, prodest plurimum, non solum sibi ipsi, sed etiam alijs vivis & mortuis. Qui verò odio in proximum vel quovis alio gravi crimine detentus, sacram Eucharistiam percipere non metuit, æternam damnationem

Monite Spirit. ex consilio abstinet à Communionem. Lib. 4. In fin. cap. 13.

Sed est tamen melius eam ex charitate accipere, quàm ex humilitate omittere, ut est apud D. Thom. 3. p. q. 80. art. 11. ad 1.

Monile Spirit. 1. Cor. 11. nem sibi acquirit. Omnino talis perditus est, nisi per pœnitentiam Deo reconcilietur.

9. *Bona voluntas habet adiutores sanctos in spiritali seu desiderata Communione. Lib. 3. Spir. gr. cap. 34. Psal. 11.* Ancilla Christi Mechtildis aliquando lecto decumbebat, alijs Monasterij sui virginibus sacram Eucharistiã percipientibus. Cùm ergo ipsa in paupertate spiritus altiùs ad Dominum suspirans, ingemiscerat, vidit eundem Dominum mox de throno suo surgere dicendo, *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam.* Surgente verò illo, omnes Sancti pariter surrexerunt, offerentes Deo in spiritualem consolationem infirmæ, & laudem Dei æternam, obsequium quod in terris Deo præstiterant, & ea quæ pro illo passi fuerant. Vnde Mechtildis intellexit, quòd quoties anima in paupertate spiritus ad Deum suspirat vel ingemiscit, desiderans ejus gratiam, statim omnes Sancti gratiam illi animæ impetrant, ac veniam (si ipsa anima pro peccatis dolens ingemiscit) obtinent. Et ait Dominus:

*Quando post me ingemiscis, tu me tibi intrahis. Ecce quantumcunque res aliqua sit vilis & abjecta, ut est festuca, homo eam sola voluntate non acquirit: me verò quislibet voluntate, aut gemitu unico habere potest.*



## CAPVT VII.

*De participatione meritorum Christi & de merito obedientie.*

1. Quàm facile bonam voluntatem accipiet Christus, & auget ob illam merita nostra.
2. Quàm industriã inducere possimus merita Christi, eaq; nobis appropriare.
3. Obedientia non à solis Religiosis, sed à secularibus etiam exercenda erga majores, & seinvicem.
4. Etiam altissima contemplationi præferenda obedientia.
5. Est enim gratissimum Deo sacrificium; illa præsertim, cui nihil propriæ voluntatis miscetur.
6. Opus bonum sponte factum, simpl. x habet primum: factum verò ex obedientia, duplicem mercedem reportat.

**E**Idem Mechtildi virgini oranti pro quadam persona quæ dolebat se multas lacrymas quasi sine fructu fudisse, respondit Dominus: *Roger me illa, ut propter bonitatem meam omnes lacrymas, quas effudit, sic accipiam, quasi eas ex amore mei, vel devotione aut contritione fudisset. Si enim hoc præfecerit, quantum ipsa mihi crediderit; & de bonitate mea speraverit, tantum proculdubio obtinebit.*

O mira & stupenda divinæ pietatis dignatio, quæ tantis consolationibus miseris relevat! Quod autem de lacrymis dictum est, posset fieri etiam de præterita tristitia, & qualibet tribulatione, angustia vel pœnâ, quam quis inaniter se pertulisse putat.

Cùm eadem Mechtildis, ab alia quadam persona rogata, oraret Dominum, ut ipse dignaretur illi dare cor purum, humile, de-

fide-

<sup>dua hte</sup> <sup>occurrit,</sup> <sup>quomodo</sup> <sup>Christi</sup> <sup>virtutes</sup> <sup>nostras</sup> <sup>officiamur</sup> <sup>Lib. 2. c.</sup> <sup>13. &</sup> <sup>lib. 3. c.</sup> <sup>12. & 1.</sup> <sup>4. c. 14.</sup>
 siderabundum, & spirituale, tale responsum accepit: *Omnia qua vult & quibus indiget, inveniet in me. Igitur quod ipsi deest in puritate, humilitate, desiderio vel amore, suppleat aut suppleri petat de bonis que sunt in me, ac totam conversationem meam divinam sibi usurpet. Cui illa, Si, inquit, dulcissime Deus, tam gratum tibi est, ut homo bona tua sibi usurpet: dic, obsecro, quomodo hoc facere debeat. Et Dominus: Offerat Patri meo caelesti vel mihi meam puritatem & innocentiam pro sua impuritate, meam humilitatem pro sua superbia, meam pietatem & charitatem pro sua duritia ac tepiditate, meam denique sanctissimam perfectissimamque conversationem pro sua negligenti & imperfecta vita. Desideria nempe sua, cogitationes, verba, orationes, lacrymas, dolores, angustias, & opera, offerat in unione desideriorum, cogitationum, verborum, orationum, lacrymarum, dolorum, angustiarum atque operum meorum: ita enim omnia Deo summe placebunt. Qualibet quidem sancta oratio celos penetrat: sed illa qua meis orationibus unitur, longe excellentior atque dignior est. Studeat etiam virtutes meas pro modulo suo imitari, & mores atque actus suos juxta mores & actus conversationis mee dirigere.*

<sup>Obedi-</sup> <sup>tia Chri-</sup> <sup>sti omni-</sup> <sup>bus Chri-</sup> <sup>stianis</sup> <sup>imitan-</sup> <sup>da.</sup>
 Christus sæpius revelare dignatus est, quod quilibet Christianus imitari debeat humilem suam obedientiam, quam ipse obdivit Patri suo caelesti, & homi-

nibus, non solum bonis, verum etiam impijs. Neque enim hæc virtus præclarissima à solis Monachis vel Monialibus, sed prorsus ab omnibus eximie coli & servari potest. Obedientia hominem subdit Ecclesiæ, ejusque Sacramentis, Pastoribus, Superioribus, dogmatibus, præceptis, institutionibus, consuetudinibusque universis. Hæc hominem promptum flexibilemque reddit in consilijs dandis, in auxilijs obsequijsque tam corporalibus quam spiritualibus impendendis, secundum discretionem, & juxta cujusque necessitatem. Verus obediens, proprium judicium & sensum citò deserit, ac velle nolletque suum prorsus abnegat: unde & infernum metuere non debet. \* Nam sola propria & mala voluntas (quæ omnium peccatorum fundum est) infernum constituit: tolle illam, & infernus non erit. Verus ergo obediens propriæ voluntati renuntiat, & in exequendo ea quæ præcipiuntur, moras non necitat: sed mox ubi ei aliquid injungitur, paratus est, imò verò præceptum plerumque non expectat. Subjicit se non tantum Deo & Superioribus, verum etiam omnibus hominibus; & quanto homines sunt inferiores, tanto ei subjectio amplius sapit, tanto ipse libentius obedit: majorem enim hinc sui mortificationem invenit, quam dum sub majoribus se inclinat. Nullus adeò aridus &

Monite  
Spiritu.

Officium  
obediencie.

\* S. Bernardi  
nota  
vox est,  
Tolle propriam voluntatem  
& infernus non erit.

Ronile  
spirit.

Obedien-  
tia rectis-  
sima ad  
cælum  
semita.

divinâ gratiâ destitutus est, quin si promptè propter Deû obedire velit, virere & florere, copiosumq; fructum producere possit. Planè obedientia, quâ homo bonæ voluntatis se submittit, & non vult ex seipso vivere, sed cuncta opera & negotia sua (maximè ea quæ ardua sunt) peragit ex salubri sanctoque consilio alicujus spiritalis atque illuminati Confessoris, via ad cælum tutissima est, per quam facillimè retia diaboli evaduntur. In hujusmodi sui resignatione omnia hominis opera abundant gratiâ: sed ea opera quæ bonus homo ex proprio facit iudicio, difficile est discernere, utrùm ex natura an ex gratia fiant. Qui verò non habet aliquem hominem idoneum cui in omnibus obediat, & ex cuius consilio opera sua peragat, paratam nihilominus retineat voluntatem obediendi, si talem haberet.

4-  
Obedien-  
tiam  
contem-  
plationi  
preferen-  
dam, docet exem-  
plo.

Si quis Dei munere ad tam altum sanctitatis gradum pervenisset, ut Deum reipsâ semper visibiliter præsentem secumque habitantem haberet, is si ad aliquod opus obedientiæ evocaretur, humiliter Deo dicere deberet: *Eja suavissime Deus, permitte me, obsecro, hanc obedientiam tui amore perficere.* Nam hujusmodi propriæ voluntatis abnegatio, in illo homine multò gratior jucundiorque Deo esset, quàm si ille idem tunc cum omnibus beatis spiritibus cælum penetraret: id

quod sequenti exemplo comprobatur. \* Cùm enim dulcis Jesus sanctæ cuidam virgini in Monasterio degenti, atque in cellula sua oranti, apparuisset in forma pueruli, & illa ad commune aliud quod opus ex obedientia faciendum accersiretur, statim reliquit puerulum Jesum, & quod facere iussa erat, animo voluntario hilarique vultu peregit. Deinde celeriter ad cellam reversa, vidit dilectum Dominum tuum quem parvulum paulò ante reliquerat, jam in ætate perfecta tanquam elegantissimum juvenem viginti & quatuor annorum adstantem. A quo cùm virgo percontaretur, quomodo in tantillo tempore tantæ grandis factus esset, respondit ille: *Profunda velocis & impigra obedientia tua humilitas, me tam brevi tempore tam magnum effecit. Quapropter, filia charissima, si mihi semper placere & adherere vis, semper etiam mei amore promptè obedias.* Atque his dictis, Dominus disparuit. Sapiens ergo est, qui & meditationes, & orationes, & quælibet alia sancta exercitia atque opera mox postponit, ut obediat propter Deum.

Christus dixit audiente sancta Birgitta: *Omnes vera virtutes ex charitate, sicut rami ex arbore procedunt: inter quas virtutes obedientia primatum tenet. Vnde & mihi amicissimus est, qui se ex humilitate subycit, voluntatemq; suam in manibus aliorum reponit; ita ut eam sequi nolit. Nam & ego qui sum*

\* Prom-  
pia &  
impi-  
gra obe-  
dientia  
hoc ex-  
empli,  
& alia  
ex Dio-  
logis  
S. Calu-  
stina Jo-  
nensis  
cap. 166  
& alia  
illustria  
probat  
R. P. Al-  
fontis  
Roderi-  
cius p.  
4. Exer-  
citijs pe-  
fectio-  
nis tract.  
5. 63.

omni-

Lib. 6. omnium perfectissimus, atque ipsa  
 Revel. c. 20. 21. perfectio, obedivi Patri usq; ad mor-  
 Phil. 2. tem: ut exemplo meo ostenderem,  
 quàm placitum sit Deo, propriam  
 voluntatem abnegare. Sed pleriq;  
 non attendentes virtutem obedi-  
 entia, nec habentes Zelum discretum,  
 \* sequuntur conceptus animi sui, &  
 ex proprio sensu, non autem ex Spi-  
 ritus sancti instinctu, tam immode-  
 ratè carnem suam ad tempus affli-  
 gunt, ut postea longo tempore sint &  
 sibi ipsi inutiles, & Deo parum ac-  
 cepti, & alyis multum onerosi. Sa-  
 pientum consilia audienda sunt: non  
 enim carnis sed peccati mortem vo-  
 lo. Et, qui relictis proprijs concepti-  
 bus animam suam submittit, coro-  
 na duplicabitur, & spiritualis de-  
 votio augebitur. Nam obedientia,  
 cui nihil propriae vitiosq; voluntatis  
 admistum est, magis mihi placet,  
 quàm magnum sacrificium.

6. Audivit eadem Birgitta Do-  
 minum Jesum etiam istud dicen-  
 tem: Qui magis cuperet jejunare,  
 quàm comedere; & tamen propter  
 obedientiam comedit, habebit mer-  
 cedem quàm consequitur is qui rectè  
 jejunat. Similem quoq; mercedem  
 accipiet is, qui infirmus est & man-  
 ducat, mallet tamen ad honorem  
 meum jejunare. Beata item virgo  
 Maria dixit ad ipsam Birgittam:  
 Sint duo homines, quorum alter  
 sub obedientia, alter in libe-  
 ritate sua vivat: si is qui liber est  
 præ jejunat, simplicem habebit mer-  
 cedem: si verò ille qui vivit sub obe-  
 dientia non jejunat, sed continenter  
 comedit etiam carnes secundum in-

stitutionem Regula sua, magis ta-  
 men cuperet jejunare nisi obedientia  
 obsisteret, consequetur duplicem  
 mercedem, unam videlicet propter  
 obedientiam, alteram propter desi-  
 derij voluntatisq; propria abnega-  
 tionem. Tu, filia, refove, neces-  
 sarijs corpus tuum moderatè. Non  
 facias curam carnis in desiderijs, sed  
 abstine ab illicita voluptate. Ieiun-  
 nare, orare, visitare, loca sancta,  
 sunt quidem bona opera in se; sed  
 nisi discretè, humiliter & cum cha-  
 ritate fiant, non merentur vitam  
 aeternam.

Rom. 13

CAPUT VIII.

De refectioe corporis.

1. Refectio corporis ex quocunq; cibo, modò non sit vitiosus, & moderatè sumatur, Deo placet.
2. Pauci sunt, qui non aliquando peccent in mensura refectiois.
3. Oratio devotè præmittenda ante cibum, somnum, & alias corporis procurationes.
4. Balnei usus etiam spiritualibus licitus ex consilio directoris & prudentis.
5. Sicut & honesta recreatio, & modica de die, certo tempore, assumpta.

Ipsa sancta Birgitta aliquando  
 Vehementissimè tentata fuit  
 gulâ five gastrimargiâ. Cui oran-  
 ti apparuerunt in spiritu dæmon  
 & Angelus bonus: ille quidem  
 in figura terribissimi Æthiopis, ille  
 in specie pulcherrimi juvenis. Et  
 cum dæmon insultando Birgittæ,  
 quam sollicitabat, diceret Ange-  
 lo, quòd ipsa etiam lautioribus  
 cibus uteretur, vitamq; parum ri-  
 gidam duceret, & tamen gloria-  
 ta esset de abstinence; Angelus  
 respondit: Christus Dominus non

I. Refectio qualu esse debeat usq; Deo placere possit In Extrav. 6. 27.



Monile Spirit.

multum attendit qualia quis sumat, modo verita non sint, & pura intentione, seu ex vera charitate cum moderatione & absq; inordinato desiderio quæq; sumantur. Purpura & byssus, corpusq; delicatum non prohibent à celo, si illa cum humilitate & charitate habentur. Consuetudo bona educationis quandoq; retinenda est cum gratiarum actione, ne caro gravius infirmetur.

2. Facile exceditur mensura in cibo & potu. Lib. 10. Cōfess. cap. 31.

Beatus Augustinus Deo loquens ait: Ego in tentationibus possum, certo quoidie adversus concupiscentiam manducandi & bibendi. Et quis est, Domine, qui non aliquando rapiatur extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum: ego autem non sum, quia peccator homo sum. Sed & ego, o Pater celestis, magnifico nomen tuum: & interpellat te pro peccatis meis Unigenitus tuus, qui vicit seculum, numerans me inter infima membra corporis sui.

3. Oratio ante cibum somnum, & alia corporis curandi officia. Lib. 4. In fin. cap. 33.

Virgo Gertrudis intellexit divinitus, quodd & Domino gratissimum & homini utilissimum sit, si ipse homo ante cibum, potum, somnum, & alia corporis solatia, dicat corde vel ore hæc aut similia verba: Domine, da ut cibum, sive aliud quodcumq; corporis solatium, pure suscipiam ad gloriam nominis tui, in unione illius amoris quotu factus homo, tale solatium in terris suscepisti ad laudem Dei Patris, & salutem totius generis humani. Rursum eadem sponsa Christi Gertrudis, cum manducando piè ruminasset hæc verba,

Virtus divini amoris tui, amantissima me Iesu, incorporet me totum tibi: & bibendo ista, Effectum divinae charitatis tuae, dulcissime Iesu, qui in intimis tuis vehementer prevaluit, transfunde & conserva in me, ita ut ille penetret totam substantiam meam, & jugiter distillet per omnes meatus, vires ac sensus corporis & anima mea, ad laudem tuam eternam: cum, inquam, hac devotione sub refectioe usa fuisset, audivit Dominum dicentem sibi: Quoties quis inter manducandum & bibendum talia ruminaverit, toties ego fatebor me cum illo comedis & bibisse, refectioemq; valde gratam ab eo accepisse.

Cum sancta Birgitta balneis ex consilio & voluntate spiritualis Magistri sui usa fuisset, Christus dixit ad eam: Non obest anima munda loto carnis, modo fiat cum discretione, & sine delectationis quaestione. Unde magis mihi placuisti obediendo spirituali Patri tuo contra voluntatem tuam, quam si ipsam voluntatem tuam secuta fuisses. † Multi electorum meorum medicinis carnalibus usi non sunt, & illi fuerunt mihi accepti. Alij

4. Balnei usur. In Ext. cap. 64.

verò  
† Disputatio de Medicis, medicinis, & deliciosis remediis aut sumptuosis, ut est balnei usus, & similia in cibo, potu, veste, lecto, delicata vel pretiosa, an convenient & adhibenda sint in morbis Religiosorum, & an pugnent cum amore paupertatis ac mortificationis carnis, ex hac Christi revelatione videtur esse problematica. De ea fuse, doctè ac religiose differit R. P. Iulius Nigronius in Regulam xvii. communem Soc. Iesu, quæ agit de Medicis & medicinis, maxime 6. 20. ubi citat hæc verba Blofiana, & 6. 23. 24. 25. 26. ubi de balneis Religiosorum agitur. Videri etiam potest

Iudocus Lorichius de Cura corporis cap. 15. de Medicis cibis, & cap. 16. de Balneis; ubi profert hæc verba Christi Domini ad s. Birgittam.

verò iuxta locorum, temporum atq; infirmitatum exigentiam, adhibuerunt sibi medicamenta, & isti non mihi displicuerunt, quia hoc fecerunt ad honorem meum, ut mihi melius seruirent.

5. Maria Virgo audiente in spiritu beatâ Birgittâ dixit: *Amici Dei possunt quandoq; seu certis diebus tempore, consolationem externam recipere, verba edificatoria profere, & honestè moderatèq; se recreando ad honorem & laudem Dei. Si enim pugnus semper teneatur clausus, contrahuntur nervi, & manus debilitatur: arcus quoq; si nimium extenditur, citius frangitur. Idcirco moderata letitia propter infirmitatem carnis placet Deo.*

Christus item, præscribens ipsi Birgittæ ac familiæ ejus quasi regularem quemdam vivendi modum, concedit ut post horas silentio, orationi, atque alijs spiritualibus exercitijs deputatas, liberius inter se colloquantur de honestis Deoque minimè contrarijs rebus.

Consolatio externa licita per certas dies bonas. Lib. 4. Revel. cap. 12.

Extrav. cap. 61.

CAPUT IX.

De modo & ordinatione somni.

1. Ante somnum, præmittendum examen conscientia: petitio venia: prepositum emendatio: commendatio corpori & animæ.
2. Eadem in matutina surrectione, suo modo, observare oportebit.
3. Etiam somnus noster sit ad gloriam Dei.
4. Vigilijs lassatus, quomodo à Deo offerre possit.
5. Insomnia conlatoria aut terrificæ sepe imittit Deum ad meritum suorum.

Necessarium somnum corpusculo tribuendum esse, Christus eidem sanctæ Birgittæ atque alijs sæpè numero revelavit. Quilibet verò antequam se de nocturnæ quies, ac somnum capiat, debet diligenter examinare conscientiam suam, & considerare in quibus per diem se neglexerit, aut Deum offenderit: debet veniam culparum à Deo petere, & proponere melius vivere, Domino adjuvante: debet animam & corpus suum commendare Deo, vel etiam beatæ Mariæ Virgini, ac sancto Angelo custodi suo, atq; ita signo Crucis edito, sese in lectulo honestè collocare.

Monile Spirit. 1.

Exa men conscientia à dormiuro faciendū quomodo.

Similiter post somnum surgendo, debet se signo Crucis munire, Deoq; commendare: debet desiderare ac petere, ut quidquid illo die facturus, dicturus & cogitaturus est, cedat ad æternam Dei laudem & gloriam.

2. Quid à surgendo faciendum.

Dominus dixit ad Virginem Mechtildem: *Quando quis somnum capere vult, meditetur aliquid de me, aut mecum loquatur. † Ita enim, licet corpore dormiat, mente tamen vigilabit ad me: & si in somnis aliquid minus honestum passus fuerit, atq; evigilans senserit hoc sibi displicere, molestum esse, signum est quod à me nullatenus sit separatus. Etiam dormiturus quisque desideret, ut singulas respiratio-*

3. Somnum ad Dei laudem pura intentione capiendum. Lib. 3. Spir. ga. cap. 33.

nes  
† De, merito vel oratione per somnum non interruptâ, videri potest ex hoc loco Bloisj disputans R. P. Jeremias Drexelius lib. 2. Amusis c. 6. quæstionculâ 5.

Monile  
Spiritus.

nes quas nocte illa faciet, tanquam eximiam mei laudem suscipiam: & ego, qui sanctis votis pie amantissq; anima deesse non possum, in veritate desiderium eius adimplebo.

4.  
Ex virg-  
lia lass-  
tus Deo  
se se effe-  
rat.  
Lib. 3.  
Infin.  
cap. 52.

Cum virgo Gertrudis noctem quamdam pænè duxisset insomnem, ipsa inde plurimum debilitata, viribusque destituta, obtulit huiusmodi defectum virium suarum Domino in laudem æternam, ad salutem omnium. Cui dixit Dominus: Quando quis ex vigil. a lassatus ac viribus destitutus rogat me, ut ego ipsi ad laudem meam & ad virium reparationem aliquam somni requiem concedam, si tunc eum non exaudiero, & ipse patientiam amplectendo, defectum suum humiliter supportaverit; hoc benignitas mea gratissimum habet. Et in infinitum acceptius mihi est, dum quis in infirmitate sua post consumptas per vigiliam vires, defectum illum humiliter sustinendo mihi offert, quam dum aliquis corpore sanus, qui bene vigilare potest, tota nocte in oratione pervigilat.

5.  
In femina  
sepe à  
Deo im-  
mittuntur.  
Lib. 3.  
Infin.  
cap. 32.

Eadem virgo Gertrudis nocte quadam somnum capiens, suavius à Domino visitabatur, ita ut ex confortio & præsentia Dei videretur sibi deliciarioribus epulis esse refecta. Vnde evigilans, gratias egit Domino, & dixit: Quid, Domine Deus, ego vilissima peccatrix merui præ alijs, qui sæpius somnys in tantum gravantur, ut etiam per clamores ceteris quandoq; terrorem incutiant? Respondit Dominus: Dum illi, quos paterna pro-

videntia mea disponit per gravamina sanctificare, corpori suo studiosius quam oportet solati vigilantes procurant, sicq; occasionibus mentorum se privant: ego eis ex divina pietate mea per somnia gravamen ingero, ut saltem hac ratione aliquid mereantur. Et illa: Num, Domine, poterit eis proficere ad meritum, quod præter intentionem & quasi contra voluntatem patiuntur? Tunc Dominus: Benignitas mea hoc perficit. Illi enim, etsi non auro vel gemmis, saltem cupro componuntur atque ornantur.

CAPVT X.

De profectu tribulationum.

1. Afflictiones habent Deum peculiari modo comitem.
2. Meritum crescit ex omni tribulatione propter Deum toleratam.
3. Etiam quando eam evitare cupientes non potuimus, si tunc tamen patienter feramus obsequium Dei. Nota hic, quod qui solatium quacunq; licitum desiderat, ut Deo melius seruiat, Deum ipsum desiderat.
4. Signum divina desponsationis est, humilis tolerantia afflictionis.
5. Gratia divina: alios consolationibus, alios desolationibus perficit, pro captu singulorum.
6. Amicorum iactura oblata Deo cum resignatione, ipsius amicitiam conciliat.
7. Dolores nostri prius Deo offerendi, ut illi quasi prægustet eos, dulcesq; reddat.
8. Omnis correctio, à quocunq; proveniat causa tanquam de manu Dei acceptanda est.
9. Periculosum est tribulationes, quas ferre, eligere velle, & non permittere Dei arbitrio.
10. Patientia exercenda methodus.
11. Idem.
12. Idem.
13. Resignatio sui in afflictionibus.
14. Aliquando Deus utiliter subtrahit suum servu gratiam consolationis.

Monile Spirit.

15. *Pena omnes huius vite in voluntate inordinata sunt: nam resignata nullam penam sentit.*

nis respōsum dedit, dicens: *Quando homo, post adhibitum dolori suo remedium, patienter pro amore meo tolerat id, quod lenire nequit studio suo, primum & meritum prorsus incomparabile lucratur: cum ego talem hominis passionem verissimè sanctificaverim in illo verbo, quo in extrema necessitatis meæ articulo Patrem oravi dicens: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.* Et illa: *Nonne tibi acceptius est, Domine Deus meus, ut homo equanimiter toleret quidquid sibi evenerit, quàm ut tunc patiens sit, quando nullo modo evadere potest? Respondit Dominus: Hoc in secreto Divinitatis meæ latet, & omnem humanum intellectū excedit. Quantum autem humano iudicio discerni potest, illa duo sunt veluti duo colores tantæ venustatis & elegantiæ, ut vix homines possint iudicare quis eorum alteri preferendus sit.*

Monile Spirit.

1. *Afflictio num utilitas, ex Dei in illis presentia. Prov. 3.*

**R**URSUM sancta Gertrudis divinitus intellexit, quod quādoque Dominus (cujus deliciae sunt esse cum filiis hominum) nihil inveniens in homine, propter quod placita dignatione ipsum adesse deceat, tribulationes vel molestias tam corporales quàm spirituales homini immittit, ut inde habeat opportunitatem manendi cum illo, quia Scriptura veritatis dicit: *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Et rursum ipse Dominus ait: *Cum ipso sum in tribulatione.*

Psal. 33.

Psal. 90.

2. *Ex omni tribulatione pro Deo patienter & resignatè tolerata erit meritum. Lib. 3. Inim. c. 70.*

Quaedam persona labori manuum intenta, ex improvise graviter læsa fuerat, & magno dolore cruciabatur. Cui virgo Gertrudis compassa, orabat Dominum, ne ipse membrum iusto labore læsum periclitari permitteret. Itaque Dominus ei benignè respondit: *Nequaquam periclitabitur membrum illud: sed pro dolore quem sustinet, premium incomparabile recipiet. Omnia etiam membra alia que mora sunt ut obsequium læso membro exhiberent, ejusq; dolorem alleviarent ac sanarent, similiter ex hoc premium æternum obtinebunt. Tunc illa, Et quomodo, inquit, tantum promereri possunt membra sibi invicem ita servientia, cum hoc non ideo faciant, ut membrum læsum patientius pro tuo amore dolorem ferat, sed ut ipse dolor minuatur vel cesset? Ad quod Dominus inæstimabilis consolatio-*

Matth. 26.

3.

Dixit iterum eidem Gertrudi Dominus: *Pietas amoris mei, quo humanam salutem diligo, compellit me, ut quacunque bona rectè desiderant electi mei, semper reputem eos me desiderasse. Unde illi qui aggravantur infirmitate corporis, aut desolatione mentis, alijsq; similibus adversis, si sanitatem vel liberationem pie desiderent, ego ut eos iuxta ardentissimum cordis mei amorem valeam copiosius remunerare, reputo ipsos desiderasse me: modo non ideo sanitatem desiderent, ut malum perficere possint.*

*Etiā solatia possunt Dei causa desiderari, & cruce vitari; & tunc, si manet tribulatio, & patienter fertur, non perditur meritum. Lib. 3. Inim. c. 31.*

Ipsa eadem sancta Gertrudis  
S s divi-

4. Tribu-

Monile  
Spiritu.  
latio pro  
Deo tole-  
rata, si-  
gnum e-  
lectionis.  
Ibid. c.  
2.

divinitus intellexit, quod quem-  
admodum annulus est signum  
desponsationis, ita adversitas tam  
corporalis quàm spiritualis hu-  
militer propter DEUM tolerata,  
est verissimum signum divinæ e-  
lectionis, & quasi desponsatio  
animæ cum DEO: in tantum, ut  
gravatus quisque confidenter di-  
cere possit hæc verba: *Annulo  
suo subarrhavit me Dominus meus  
JESUS Christus.* Quod si inter  
ipsa adversa potest dono DEI e-  
tiam laudare DEUM, & ei ex a-  
nimo gratias agere, jam tanquam  
sponsa amabilis coronam obti-  
net à Domino: quia gratitudo a-  
nimi in adversis, est ornatis-  
sima atque pretiosissima corona ani-  
mæ.

5.  
Aliis pro  
sunt con-  
solatio-  
nes &  
sua vita-  
ter; alii  
desolatio-  
nes & a-  
maritu-  
dines.  
Lib. 4.  
Infra. c.  
60.

Audivit aliquando hæc Ger-  
trudis Dominum JESUM sibi blan-  
dè dicentem: *Ecce exhibeo tibi  
abundantiam dulcedinis divini cor-  
dis mei, ut inde haurias & libera-  
liter dones quibuscunque & quan-  
tuncunque volueris.* Igitur ipsa  
orans speciali affectu pro qua-  
dam persona, mensuram bonam  
de corde Domini hautam cordi  
illius infudit, quæ statim in a-  
maritudinem conversa est. Et  
cum super hoc Gertrudis multum  
miraretur, Dominus dixit ad  
eam: *Quando ego alicui do gra-  
tiam, hæc in illo operatur sicut sa-  
luti eius magis congruit. Quibus-  
dam enim utilius est, diversis gra-  
vaminibus in presenti vita exerce-  
ri, quàm magnam dulcedinem &  
consolationem percipere. Ideoq; ipsis*

*gratia mea convertitur in amaritu-  
dinem tribulationum & afflictionum,  
quibus magis ac magis promoveretur  
illorum salus, & exornantur ani-  
ma eorum secundum optimum be-  
neplacitum cordis mei. Quod quam-  
vis eos in hoc exilio lateat: tantò  
tamen dulcius id experientur in vi-  
ta aeterna, quando hic fidelius labo-  
raverint, adversitates & molestias  
quasque pro honore vel amore nomi-  
nis mei patienter perferendo.*

Dominus ad eandem virginem  
Gertrudem ait: *Quando homo ti-  
met amittere, vel amisit aliquem  
amicum dilectum, si gravamen,  
quod inde sentit, offert mihi cum in-  
tegra voluntate, ita ut etiam si pos-  
set amicum illum retinere, spontè  
tamen ad laudem meam vellet eo  
carere, ut voluntas mea potius quàm  
sua perficeretur: nimirum mihi ac-  
ceptissimus est.* Et post illam ho-  
ram, qua cor suum ad hujusmodi vo-  
luntatem deflexerit, benignitas mea  
conservabit oblationem ipsius in ea  
nobilitate ac perfectione, sicut fuit  
in corde ejus quando illam fecit: &  
singule cogitationes cor illius postea  
ex humana fragilitate gravantes,  
(ut si sic cogitet, Posses modo illam  
& illa consolationem vel illud ad-  
iutorium ab amico tuo habere, si  
adesset) cooperantur ipsi in salu-  
tem aeternam, locumq; divina conso-  
lationi in anima eius preparant.

Cum in Monasterio ejusdem  
Gertrudis defuncta esset quædam  
devota & amabilis virgo, cujus  
mors non parvum dolorem Con-  
gre-

Monile  
Spiritu.

6.  
Officiu  
Oratio  
coram  
mihi  
Lib. 3.  
Infra. q.  
36.

7.  
Marti  
merti  
est, effu-  
re Deo  
dolores  
ex morti  
amitu

Monile  
Spirit.

gregationi attulerat, loquens Dominus ad ipsam sanctam Gertrudem, de ea dixit: *Quando aliqua verstrum suavitatem morum defuncte recoleas, cuperet eam adhuc habere presentem, si tunc illam voluntati meae offert, adhibet naribus meis lilium suavissimi odoris; & hoc ego illi secundum pietatem meam cum centuplicato fructu repondam.*

8.

Dolores  
nostros  
Deo propinamus,  
ut prior gustet,  
& post de manu e-  
jus omnia accipiamus.  
Lib. 4.  
Spirit.  
gratia,  
c. 13. &  
26.

Beatae Mechtildi ait Dominus: *Quis aliquod gravamen, vel dolorem etiam permodicum, tali intentione perfert, ut proponat pro amore & laude Nominis mei libenter majorem dolorem sustinere, si id mihi placeret: is quantumcunque aridum & peccatorum rubigine obductum cor habeat, in ipsa hora revirescit, & gratia mea capax efficitur. Si homo afflictus mox in initio gravamen suum mihi offerret, ego inde bibens redderem illud dulce, ac mirè nobilitarem. Sed dum ipse ex eo prior bibit, inficit illud; & quanto plus bibit, tanto magis amaricatur, ita ut iam me inde bibere non deceat, nisi poenitentia vel confessione purgetur. Itaque dum quis iniuria aliqua afficitur, non impatienter conqueratur hominibus, multa inde loquendo: sed statim mihi presentem suum gravamen, ut ego dulcedinem consolationis meae illi infundam, cumque ad patientiam animem. Si tamen hos in initio facere neglexerit, non propterea diffidat, sed illud poenitentia purgatum, humili spiritu & contrito corde mihi offerre studeat.*

Quidam Patrum dicit: *Si iniuste argueris, humilia te, & patientiam serva: si verò iuste corripis, multò magis tunc humilis ac patientes esto, & paratam voluntatem te corrigendi habens, tranquillus permane. Cur, quæso, turbaris, quando iste vel ille multa, quæ nec cogitasti quidem, tibi objicit, & malè de te loquitur? Recordare Domini tui Jesu Christi, qui maledicta sine causa in se congesta, patientissimè benignissimeque tulit. Vide ne pax cordis tui dependeat ex lingua vel arbitrio hominum. Certè Deus volens hominem electum purgare & exornare, plerumque permittit, ut etiam illi qui boni creduntur, & de quorum fidelitate electus homo maximè confidebat, sibi sint valdè contrarii in his quæ rectè facit. Quidquid accidat, quidquid molestiæ tibi inferatur, refuge semper ad Dominum Deum tuum, & in eo te absconde, atque omnia de paterna manu ejus suscipe. O quàm jucundam vitam ageres, si cor tuum in Deo solidatum firmatumque esset!*

Cùm virgo Gertrudis commi-

S s 2

gat

Monile  
Spirit.

9.

Corruptio  
quævis  
aut etiã  
calumniã  
velut à  
Deo im-  
missa aut  
permissa,  
cum res-  
ignatio-  
ne, humi-  
litate, ac  
patientia  
admitta-  
tur.

10.

Tribula-  
tiones ita  
sunt cum  
patientia  
ferenda,  
ut tamen  
nò facile  
à Deo ex-  
torquea-  
mas, nisi  
crucem  
pro alia

Monile  
Spiritus.

gat atque indicet quam gravamina sibi utilia esse putat: & cum hac ipsi evenerint, servet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculofissimum genus impatientiae esse, quando homo perversè ac superbè eligere vult quæ ferat: dicens, salutis suæ minus congruere, seque non posse sustinere ea gravamina, quæ sibi à Deo immittuntur. Oportet enim ut quilibet semper confidat, illud convenientissimum & utilissimum esse, quod sibi Deus imponit, aut evenire permittit: & quando hoc non omnino patienter sustinet, inde seipsum humiliare debet.

11.

Nota utilem methodum patientiæ, quia est illustrata & bene observanda in tribus illis modis.

1.  
2.  
3.

Quædam vitæ sanctissimæ virgo, cuidam percontanti, quomodo ipsa ad perfectionem pertigisset, dixit: <sup>1</sup> *Omni adversitatem æquanimiter de manu Domini suscepi.* <sup>2</sup> *Et quisquiss me aliqua injuria molestiave affectis, huic ego speciale beneficium rependere curavi; quod minimè fecissem, nisi ab eo lesa fuisset.* <sup>3</sup> *Nulli, nisi Deo, gravamina mea quæstia sum: unde & è vestigio consolationem corroborationemq; ab eo accepi.*

12.

Alia patientiæ methodus.

Altera etiam eximiæ sanctitatis virgo, interrogata, quibus exercitiis ad perfectionem pervenerat, humiliter respondit: *Nunquam ita conformitatem istam voluntatis nostræ cum divina, & rectæ puræque intentionis utilem ac suavem praxim in sustinenda quacunque adversitate, & hoc exemplo & sequenti ex Blofio & aliis aliunde adductis, egregiè, more suo, illustrat R. P. Rodericius parte 1. tract. 8. cap. 8. Vide etiam eundem de præcedenti revelatione facta S. Gertrudis, ibidem cap. 14.*

doloribus & pressuris obruta fui, quin maiores pro Dei amore perfere expeterem, indignam me illis ipsis tam præclaris Dei donis indicans.

Alia quoque virgo, ineffabili pressura Dei permissione correpta, cruciatus infernales sibi sentire videatur. Et cum ita diu fuisset afflicta, tandem toto corde ad Deum conversa, dixit: *a. Dulcissime Deus, memor, quæso, esto, benignèq; considera, me pauperem creaturam tuam esse, te verò Dominum & Creatorem esse meum. Ecce, ego me in æquissimum iudicium tuum offero, & gratissima voluntati tue integrè resigno, paratq; sum sustinere hunc infernalem cruciatum quamdiu tibi placuerit: utere me sicut vis* <sup>13.</sup> *in tempore atq; æternitate.* Hac resignatione facta, mox Dominus virginem illam sibi univit, & in amabilem Divinitatis suæ abyssum feliciter immerfit.

Deus cuidam amico suo miraper internam illuminationem revelabat: sed is orabat Dominum, ut ei si placeret, auferret ab ipso hujusmodi gratiam. † Itaque

<sup>a</sup> Hanc orationem in Aeternitatis prodromo cap. 2. recitat R. P. Jeremias Drexelius; ubi alia ejusmodi orationes præ conformitate & resignatione voluntatis nostræ in divinam reperiuntur. Vide de hoc & præcedenti exemplo ejusdem Heliotropium lib. 4. cap. 1. §. 3.

† Pro illa illustrissima resignatione in desolatione Orationis, hoc & alia citat R. P. Rodericius Exercitii perfectionis parte 1. tract. 8. cap. 29. Vide etiam R. P. Jeremiam Drexelium Heliotropii lib. 4. cap. 1. §. 1. Vide eundem ibidem cap. 5. §. 3. de sequenti exemplo S. Catharinæ, quod est in resignatione voluntatis nostræ in divinam valdè excellens.

Do.

CAPUT XI.

De fiducia in divinam providentiam, & perfecta resignatione.

1. Providentia Dei omnia in bonum salutis nostræ dispensat.
2. Ideo tota nos Deo permittere debemus, & illius duntaxat beneplacitum in omnibus eligere.
3. Clavus propria voluntatis Deo resignanda.
4. Propria voluntas divina voluntati submittenda.
5. Plena fiducia in Deum cum humilitate & innocentia coniungi debet.
6. Multum Deo placet, qui in ipsius benignitate plurimum confidit.

Monile Spiriti. Dominus, subtracta illa gratia, per quinquenniū dereliquit eum absque consolatione in magnis tentationibus, angustiis atque calamitatibus. Et cum aliquando vehementer fletet, duoque Angeli eum consolari vellent, dixit se nullam consolationem petere, sed abundè sibi sufficere, si gratissima Dei voluntas in se perficeretur, & ipse coram Deo purus intrinsecus esse, ei que placere posset.

Dixit Dominus ad sanctam

15. Catharinam: *Volo te velle, quod omnes pœne, quibus homines in mundo affliguntur, in voluntate consistunt; quia si voluntas esset ordinata, & concors cum voluntate mea, careret quodammodo pœna. Quamvis enim is, qui hac sancta ordinataque voluntate præditus est, sentiat laborem ac dolorem, quiddam tamen amore mei sponte patitur, quasi sine pœna portat. Liberrimè enim illud sustinet, considerans & sciens, meam esse voluntatem atque permissionem, ut patiatur. Mens eius in quovis dolore corporali libera est, cum voluntas ipsius in omnibus sit conformis & unita voluntati meae. Omnino ex voluntate procedit & dependet afflictio sive pœna: quia homo affligitur vel habendo quod habere nollit, vel non habendo quod vellet habere. Igitur ablata voluntate propria, spiritus hominis tranquillus est, & pace gaudet.*

Pœna omnes in voluntate inordinata consistunt, & nemo laeditur nisi à seipso, seu à prava sua voluntate. Tract. 1. cap. 45. & tract. 2. c. 121.

EADEM virgo Catharina aliquando in ecclasi posita, videbat & perspicuè cognoscebat, quod Dominus Deus, qui est summa bonitas, ex ineffabili charitate hominem creavit, quodque in eadem charitate & amoris flagrantia omnia homini præstat, huc evenire permittit, videlicet consolationes & tribulationes; donans has & illas, ut hominis saluti provideat, non alio respectu. Vnde multum cæci atque insipientes sunt, qui opera vel iudicia Dei reprehendunt, & scandalizati perturbatique propter illa quæ eueniunt, murmurant adversus Deum. Beati verò sunt qui sanctam Dei providentiam intelligentes, atque credentes, omnia de paterna manu Domini humiliter tanquam optima recipiunt, & pro illis gratias agunt, firmiterque in Deo semper sperant & confidunt.

1. Omnia in salutem nostram dispensat divina providentia. Tract. 2. c. 121.





Monile Spirit.

2.  
Resignationis bonum.  
Lib. 3.  
Infin. c.  
33.

Sancta Gertrudis audivit à Domino, *piam quamque & fidellem animam debere propriam voluntatem suam Deo funditus resignare, plenè se committendo beneplacito illius, & indubitanter confidendo de benignissima pietate ejus, quòd ipse in omnibus suam operari velit salutem.* <sup>a</sup> Hinc cùm ei aliquando appareret Jesus sponsus amabilis, ferens in dextera sua sanitatem, & in sinistra infirmitatem, monensque ut eligeret quam veller, ipsa ab utrisque manibus Domini se avertens, dixit: *Domine, ego toto corde desidero, ut non meam voluntatem respicias, sed tuum beneplacitum in omnibus perficias.* Prorsus qui Deo placere desiderat, tam secunda confidentia se totum & omnia sua divinæ dispositioni committere debet, ut etiam amet nescire quid circa ipsum Dominus agere velit, quòd puriùs divinæ voluntatis beneplacitum in se sciat esse perfectum.

3.  
Offerenda est Deo, velut omnium Domino, clavem seu potestatem cordis & propriam voluntatis.  
Lib. 4.  
Infin. c.  
23. & 31.

Dixit ad eandem virginem

<sup>a</sup> Multa & pulchra pro hac & sequenti revelatione, quæ est nobilissima indifferentia voluntatis in Deum ad omnia resignata, inveniet pius Lector apud R. P. Ieremiam Drexelium Heliotropii lib. 1. cap. 1. qui addit: S. Gertrudem trecentis sexagies quinquies Orationem jaculatoriam quotidie pro ista indifferentia recitare solitam: quod in Praxin Rosarioli resignationis propriæ voluntatis à piis viris jam redactum est. Ex hac eadem revelatione hortatur infirmos ad indifferentiam R. P. Alfonsus Rodericus Exercitii perfectionis parte 1. tract. 8. cap. 7. & 18. Vide eundem ibidem cap. 14. & R. P. Cornelium à Lapide super Threnos Jerem. cap. 3. v. 39. *Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis?*

Gertrudem Dominus: *Qui vult ut ad ipsum liberè veniam, debet mihi clavem propriæ voluntatis resignare. Quòd si ex humana fragilitate contigerit eum resumere clavem mihi consignatam, perficiendo in aliquo voluntatem propriam; hoc statim per pœnitentiam diluat, suamque voluntatem iteratò mihi resignet; & suscipiet eum dextera misericordie mee, deducetque cum inestimabili honore ad regnum claritatis aeternæ.*

Monile Spiritus

Beatus Augustinus ait: *Potest homo aliquid proprium velle, Deo aliud volente. Conceditur hoc humane fragilitati, conceditur humane infirmitati. Difficile est, ut non tibi contingat aliquid proprium velle. Sed cogita Deum supra te esse, te infra illum; illum Creatorem, te creaturam; illum Dominum, te servum: & te corrigens, voluntatemque tuam voluntati eius subjiciens, dic cum Christo: Non quod ego, sed quod tu vis, Pater. Ita enim non distorsus, sed rectus corde eris.* Vnde sancta Gertrudis divinitus inspirata, legit aliquando <sup>\*</sup> trecentis sexaginta quinque vicibus hæc verba Evangelica; *Non mea, sed tua voluntas fiat, amantissime JESU.* quod etiam sensit Domino plurimum placere.

Propria humana voluntas Deo subjicitur. S. Asp. sup. 4. c. 1.

Legimus de eadem virgine Gertrude, <sup>b</sup> quòd neque pericula,

\* Tot sunt dies in anno.

Pius in Divinis Lib. 3. Infin. c. 23.

<sup>b</sup> De quatuor istis revelationibus S. Gertrudi à Deo factis, & varia praxi omnimodæ indifferentiæ ad divinam voluntatem, cum fructu consulat pius Lector denuò R. P. Ieremiam Drexelium, præter ante dicta in Amussi lib. 2. c. 8. §. 2. & Heliotropio lib. 4. cap. 1.

Lib. 3. Infin. c. 23.

Monile Spirit.

cap. 1. & R.P. Alfonsus Rodericium Exercitii parte 1. tract. 8. cap. 12. Adeundus etiam R. P. Antonius Sucquetius Viæ vitæ lib. 3. c. 21. facie 761. & R. P. Cornelius à Lapide super 1. Petr. 5. v. 7. *Omnes sollicitudinem vestram proficientes in eum, quia ipsi est cura de vobis.*

neque tribulationes, neque damna rerum, neque impedimenta alia, sed nec dilecta quidem vel defectus proprii, constantem securamque confidentiam, quam ad benignissimam Dei misericordiam retinebat, unquam in illa obscurare potuerint. Certissime enim confidebat, tam adversa, quam prospera omnia, sibi in bonum divina providentia converti. Et huic virgini Dominus aliquando dixit: *Secura illa confidentia, quam quis erga me habet, credens me revera posse, scire & velle sibi in omnibus fideliter adesse, transfunderat cor meum, tantamque vim facit pietati mee, ut nullatenus possim huiusmodi homini abesse vel deesse.*

6. Ad sanctam Mechtildem ait Dominus: *Mihi valde gratum est, ut homines in bonitate mea confidant, & de me presumant. Nam quisquis in me humiliter confisus fuerit, ac mihi bene crediderit, ego & in hac vita illi adero, & post mortem supra omne meritum ei benefaciam. Quantum quis mihi credere, & de bonitate mea pie presumere potest, tantum & in infinitum amplius obtinebit: quia impossibile est hominem non percipere, quod sanctè credidit & speravit. Ideoque, utile homini est, ut magna sperando à me,*

In Dei benignitate humiliter confisus. Lib. 3. Spirit. grat. c. 4.

*michi bene credat. Ipsi verò Mechtildi quærenti à Domino, quidnam potissimum credere deberet de ineffabili ipsius bonitate: respondit Dominus: † Certa fide crede, quòd ego te post mortem suscipiam, sicut pater filium suum charissimum, quodque nullus unquam pater tam fideliter cum unico nato suo hereditatem suam divisit, sicut ego omnia bona mea & me ipsum tibi communicabo. Quicumque hoc de bonitate mea firmiter & cum humiliter charitate crediderit, beatus erit.*

† Hanc filialem fiduciam erga paternam Dei de nobis curam ac providentiam, citat & variè exornat R. P. Alfonsus Rodericium Exercitii perfectionis parte 1. tract. 8. c. 10. & R. P. Cornelius à Lapide in Ieremiam loco paulò antè citato.

CAPUT XII.

De felici morte.

1. Moriturus servus suus adest Dominus, quàm sollicitus ne perdat, quod ipsi charum est.
2. Idem ostenditur.
3. Mirabilem fiduciam præstat Deus sanctis mentibus contra mortis timorem.
4. Indifferentia piorum sive ad vitam, sive ad mortem, prout Dei gloria magis expedit, acceptandam.
5. Mors piorum somnus est, impiorum verò introitus duntaxat ad veram mortem.
6. Contra mortis metum armet se pia conscientia dulcibus Christi promissis, Sanctorumque exemplis.
7. Moriturus munit se 1. Sacramentis: 2. Precibus Sanctorum: 3. Meritis Christi: 4. Perfecta resignatione in beneplacitum Dei.
8. Utilius est, magis suadendum morienti ut exerceat actum charitatis quàm retractationis peccatorum.
9. Verba pia fiduciam morientium auribus ingerenda.
10. Sancta Maria & omnes Sancti cultoribus suis moriturus auxiliaturi assistunt.

ORABAT aliquando eadem pia persona, dicens: *Amanissime Deus, rogo te, ut in extremis eius purges*

Monile Spirit.

10. Insuper, qui bene vixerunt, adest Dominus. Lib. 3. Spirit. grat. c. 44. Nota.

purges

Monile Spirit.

*purgeseam, doneſq; et ſecuritatem & fiduciam perveniendi ad te. Ad quod Dominus: Quis prudens merces ſuas, & bona iam ad portum perducta, ſponte in mare abjiceret? Ego igitur ubi animam eius, quam inter varias tempeſtates ſæculi cuſtodivi, ad portum vitæq; terminum deduxero, & de ea ſecundum beneplacitum meum diſpoſuero, etiam cum gloria illam aſſumam.*

2. Simili conſolatione. Lib. 4. Spirit. grat. c. 14.

Rurſum orans Mechtildis Deum, ut & alteri cuidam feminæ pietati deditæ in extremis vitæ adeſſe, certitudinemque ſecum manendi dare dignaretur, tale accepit reſponſum à Domino: *Qui ſapiens eſt, aurum cum labore acquiſitum, ſibiq; valdè charum, non proiicit. Et ego illam, pro qua tu oras, humanitate mea ſanctificatam, atque ſpiritu meo in Baptiſmate vivificatam, in æternum non derelinquam.*

3. Fiducia purarum mentium in morte, eſt ſingulare Dei donum. Lib. 1. Spirit. grat. c. 35.

Hæc ipſa virgo Mechtildis, colloquens cum Domino, ait: *Quid eſt, dulciſſime DEUS, quòd dum ego me morituram cogito; parvam aut nullam inde lætitiã concipio, cum tamen plurimi magno cum gaudio & deſiderio horam illam præſtolentur? Reſpondit Dominus: Hoc fit diſpenſatione mea: quia ſi tu mori deſiderares, in tantum cor meum divinum deſiderio tuo alliceres attrahereſq;, ut tibi, quòd cuperes, negare non poſſem. Et illa: Quid item eſt, quòd ego, licet miſerabilis, dum me morituram recordor, non expaveſco, cum*

*tamen quandoq; valde perfecti mori timeant? Cui Dominus: Quare timeres tu, quæ cor meum in pignus æterni fœderis, & in domum reſugii ſempiternamque habitacionem accepisti?*

Beata Gertrudis ex firma confidentia, quàm erga Dei bonitatem habebat, ſæpenumerò mori deſiderabat; & rurſum divinæ voluntati ita erat unita, ut æquè parata eſſet adhuc vivere ſicut mori, juxta Dei beneplacitum. Ipſa itaque aliquando iter faciens, cum conſcenſo monte quodam ad decliviõra loca decidifſet, exhilarata in ſpiritu dixit ad Dominum: *O bone JEſu, quàm benè tecum ageretur, ſi caſus iſte mihi dedifſet occaſionem celerius ad te perveniendi! Et his qui aderant percontantibus, an non formidaret mori, non munita Sacramentis, reſpondit: Ego\* quidem toto corde opto ſalutiſeris Sacramentis muniri antequam moriar: verumtamen ipſis confidenter præſero Domini Dei mei providentiam ac voluntatem: & ſive ſubita, ſive proluxa morte ille me hinc exire voluerit, voluntas eius mihi grata erit. Nam qualicunq; obitu ex hac luce migravero, ſpero Dei miſericordiam nunquam mihi deſuturam, ſine qua ſalutem conſequi nequeo. Hinc eadem Gertrudis ante mortem ſuam allocuta eſt Dominum verbis huiusmodi: *Quamvis, Domine mi, præ omnibus deliciis mihi optabile & incundum ſit, ut è carne carnis educta, tibi adiungar:**

*ſi tamen*

Monile Spirit. Pia & reſpicienda indifferentiã volũtatis ad mortem, per æquilibrium voluntatis in tranquillitate perſeque. Lib. 1. Inſtit. 71.

\*Ergo & præſcripo Eccleſiæ, morituræ Sacramentum muniri tantum quòd in potestati quæ dicitur fieri non potest. Hinc eadem Gertrudis ante mortem ſuam allocuta eſt Dominum verbis huiusmodi: Quamvis, Domine mi, præ omnibus deliciis mihi optabile & incundum ſit, ut è carne carnis educta, tibi adiungar: ſi tamen

Monile Spirit. si tamen velles me hic manere, eligerem usque ad diem iudicii in extrema miseria ad laudem nominis degere. Quam voluntatis resignationem Dominus declaravit sibi gratissimam esse.

5. *Mors piis somnus est; at impiis inanium est & janua omnium in aeternitate dolorum.*  
 Christus dixit ad Birgittam de quadam infirma: Noli timere filia, non morietur ista, cujus opera mihi placent. Cumque illa esset defuncta, iterum ait Filius DEI: Ecce, charissima, verum est quod dixi: neque enim ista mortua est, sed vivit, quia gloria ejus magna est. In his qui iusti sunt, separatio animæ à corpore non est nisi somnus, quia ipsi evigilant in aeterna vita. Illa verò dicenda mors est, quando anima à corpore separata, vivit in aeterna morte & damnatione. Qui amat prosperitatem mundi, & non agit gratias Deo; & dissolutè vivens moritur in voluntate peccandi; is malè moritur, etiam si tranquillam mortem habeat. Qui verò diligit Deum toto corde, etiam si multis modis affligatur, & longa infirmitate gravetur, & horrenda, cruciabili atq; despecta morte è corpore exeat; is vivit & moritur feliciter: quia tribulatio & mors aspera in electis minuit vel dissolvit pœnam peccato debitam, & auget coronam. Malè mori non potest, qui benè vivit.

6. *Contra mortis metum cogitanda promissa Christi.*  
 Omnino mors iustis est portus quietis, ut ait beatus Ambrosius. Hunc portum aspiciebat sanctus Simeon, quando tenens puerum JESUM, & desiderans jam li-

berari atque educi è carcere corporis, dicebat: Nunc dimittis Domine servum tuum in pace. Sed aliquis fortè ad horam mortis adductus, dicit se non esse justum, nec posse aut debere sperare quod iusti sperant. Qui hoc dicit, credit in Christum qui iustificat impium, & humilis bonæque voluntatis sit: ita enim per fidem ac veram dilectionem conjunctus Deo, justus gratiâ Dei erit. Quòd si pius homo, ob ipsam mortem imminentem, sentit se ex infirmitate contristari ac trepidare; huiusmodi tristitiam & formidinem projiciat in Deum, eique se resignet, ac certam spem erga eum concipiat. Ut autem faciliùs mitiget metum mortis, revocet ad memoriam verba Unigeniti Filii Dei (qui est aeterna Veritas) dicentis in Evangelio, Ego sum resurrecto, & vita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me non morietur in aeternum. Ruminetitem hæc verba Pauli Apostoli: Sive vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur: sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. Pentet etiam quàm voluntarij ad moriendum fuerint antiqui iusti cum nondum janua regni cælestis esset aperta. Vnde legimus in fine Deuteronomii, quòd cum populus Israëliticus jam vicinus esset terræ promissionis, Dominus dixerit ad Moysen qui populum illum ducebat: Ascende in montem Nebo, & vide ter-

Monile Spirit. Luc. 23

Ioan. 11

Rom. 14

Et resignatio Sanctorum ad mortem, etiam ante portam cæli, per Christi passionem, reservatam. Deut. 31

T t rans

Monile  
Spiritus.

ram quam ego tradam filius Israël. Vi-  
debis terram, & non ingredieris in eam,  
sed iungéris populis tuis, sicut mortuus  
est Aaron frater tuus in monte Hor, &  
appositus est populis suis: quia præva-  
ricati estis contra me in medio filiorum  
Israël, ad Aquas contradictionis. Ubi

Deut.

34.

hæc verba: Ascendit ergo Moyses su-  
per montem Nebo, mortuusq; est ibi,  
jubente Domino. Ecce quàm resi-  
gnato animo juxta beneplaci-  
tum DEI mortem excepit Moy-  
ses amicus Altissimi. Non transi-  
vit quidem ad terram illam visi-  
bilem: sed in invisibilem & me-  
liorem receptus est, videlicet in

\* Lim-  
bus Pa-  
trum,  
feu sinus  
Abrahæ,  
erat re-  
septacu-  
lum san-  
ctorum  
morien-  
tium in  
Vetere  
Testa-  
mento.  
Luc. 16.

7.  
Moritu-  
rus quid  
agat.

\* secretum sinum pacis & lim-  
bum, in quo iustorum animæ in  
magna tranquillitate requiesce-  
bant. Si antiqui tam parati fue-  
runt mori, nos certè modò quan-  
do per Christum aditus patriæ cæ-  
lestis reſeratus est, non involun-  
tariè debemus mortem sustinere.  
Moriturus quisque retineat  
firmiter Catholicam fidem, &  
sanctè suscipiat Sacramenta Ec-  
clesiæ, si ea obtinere potest: ac  
meritis Iesu Christi magis quàm  
suis innitatur. In precibus & pie-  
tate beatæ Mariæ virginis alio-  
rumque Sanctorum satis confidat  
Crucifixi Iesu imaginem sibi ante  
oculos statuatur, & ineffabilem  
illam charitatem, quâ Dominus  
noster pati morique voluit, mem-  
oriâ repetat, atque ita se totum in  
patentia & cruenta illius Vulnera  
demittat ac reclinet, obsecrans  
eum, vt in eisdem sacris Vulneri-

bus omnia sua peccata delere  
dignetur. Offerat seipsum Do-  
mino ad perferendum pro eius  
gratissimâ voluntate, ex vero  
amore, omnem languoris acer-  
bitatem, atque ipsam mortem, &  
quidquid Dominus ei in tempore  
& æternitate immittere volue-  
rit. Si ita egerit, si seipsum ex  
integro diuinę voluntati resi-  
gnauerit, humiliter, amorosè &  
plenè confidens in immensa Dei  
miseriſcordia ac bonitate, fieri  
non poterit vt mala morte mori-  
atur. Mors eius erit pretiosa in  
conspectu Domini, etiam si ipse  
solus omnia totius mundi pecca-  
ta commisisset. Quilibet talis  
morte præſente meritò gaudere  
debet, quòd pulcherrima anima  
ipſius (quæ est purus, rationalis  
ac Deiformis spiritus) absoluetur  
ab hoc misero grauique carcere,  
vt deinceps sine impedimento  
fruatur suâ beatitudine. Nul-  
lum omnino utilius exercitium  
homo in extremis habere potest,  
quàm vt liberè sese voluntati Dei  
permittat, atque ex pura dilectio-  
ne ad eum conuersus, benignitati  
illius firmiter confidat.

<sup>a</sup> Hæc est resignatio perfectorum, offe-  
rentium sese Deo ad omnia, quæ, salvo gra-  
tiæ statu, etiam in altera vita ab iis subiri  
volent.

<sup>b</sup> Quidam Dei amicus inter-

<sup>b</sup> Hominem moriturum per varias pra-  
xes similes hisce Bloſianis docet & solatur  
R. P. Ieremias Drexelius toto suo Aeterna-  
tatis Prodomo, & hunc 8. ac 9. s. cum egre-  
gio Bloſii elogio profert cap. 3. s. 4. De  
tempore autem quo contritio in vita &  
morte & post mortem durare debet, dispu-  
roga-

Monile  
Spiritus.  
ale.

ff. 311.

ff. 118.

Quæ-  
ritur, ut  
errant quæ  
dantur  
particu-  
lariter  
in morte  
reſer-

Monile Spirit. tanta, an potius actum amorem & resignationis amorose exercendi.

tant Scholastici apud D. Thomam 3. parte Supplemento q. 4. art. 1. 2. 3. ubi monet D. Thomas, ob actus poenitentia non esse omissenda officia aliarum virtutum magis necessaria.

rogatus, quidnam morti proximus facere vellet, si multo tempore in grauibus peccatis vixisset, respondit: Si quadraginta annis semper in peccatis vixissem, & tempore resolutionis mea instante, peccata mea purè confessus essem, atq; cum perfecto amore ex fundo cordis mei saltem spatio unius Salutationis Angelicae me ipsum in Deum ita recipere possem, ut reverà totus ad ipsum conversus, & ab omni peccato aversus invenirer: tunc nimirum sicut purus atque innocens <sup>a</sup> ex hac luce migrarem. Si verò non nisi unum peccatum admissem, & contritus, dolens, mœrensq; post confessionem ritè factam hinc exirem: tunc utique <sup>b</sup> sicut poenitens morer.

9. Verba morientium auribus ingerenda, ad excitandam spem.

Dominus quibusdam amicis suis revelare dignatus est, quòd verba illa quæ mox subjiciemus, morientium auribus ingesta, & coram eis recitata, vel ab eis piè prolata cogitatave, miræ virtutis sint, adèd ut nullus fidei Catholicæ cultor perire possit, si in extremis constitutus, vero integroque corde ea verba humiliter <sup>c</sup> pronuntiare, aut apud se revol-

<sup>a</sup> Liber omni reatu, etiam poenæ, si actus amorosæ conversionis in Deum charitati sufficienti, ad delendam poenam, informatus sit.

<sup>b</sup> Ob dolorem non tam sufficienti charitate informatum.

<sup>c</sup> Supponitur moriens verba ista ad DEVM proferte ex fundo cordis verè contriti.

Monile Spirit. vere potuerit. Sunt autem ista: Domine DEUS, ego sum miser ille, quem tu pro paterna bonitate tua creasti, & per ignominiosissimam mortem Unigeniti tui de potestate inimici redemisti: tu solus imperiū & dominium in me habes, meq; salvare potes secundum immensam misericordiam tuam, in qua spero & confido.

Deipara Virgo Maria ait ad virginem Mechtildem: Ego omnibus, qui mihi piè & sanctè deserviunt, volo in morte fidelissimè tanquam mater piissima adesse, eosq; consolari ac protegere. Similiter & alii Sancti indubitanter parati sunt in hora mortis succurrere his, qui eos speciali devotione venerantur & invocant.

## CAPUT XIII.

## De poenis Purgatorii.

1. Purgatorii poena mitigantur per B. Virginis intercessionem.
2. Angeli animas in Purgatorio constitutas solantur.
3. Bona voluntas, quæ fuit in vita, fulcrū est animæ in Purgatorio.
4. Tormenta Purgatorii ineffabiliter sunt majora, quàm omnes hujus sæculi poenæ.
5. Anima defunctorum juvantur Sacrificiis suffragiisq; vivorum, & precibus Calitum.
6. Purgatorium desiderii, sive amoris.
7. Magna virtus orationum pro defunctis piè susarum.
8. Quanta sit poena animæ in Purgatorio divinam visionem, à qua retardatur, desiderantia.
9. Vermis conscientia etiam in Purgatorio affligit.
10. Anima sancta nollent cum maculis intrare beatitudinem, donec ab eis purgentur, ut satisfiat iustitia Dei.
11. Cupiunt enim in se peragi opus divine iustitiæ, licet poenas suas non ament, sed ab eò liberari cupiant.

Monile  
Spirit.

1.

B. Virgo  
Maria  
advoca-  
ta est a-  
nimarum  
Purgato-  
rii.  
Lib. 4.  
Revel.  
c. 138.

**A**VDIVIT † sancta Birgitta ip-  
sam beatam Dei genitricem  
virginem Mariam dicentem: Ego  
sum Mater Dei, & Mater omnium  
qui sunt in Purgatorio: quia omnes  
pœna quæ debentur purgandis pro  
peccatis ipsorum, per preces meas,  
qualibet hora, aliquo modo mitigan-  
tur. Mater sum omnium iustorum,  
& etiam omnium peccatorum emen-  
dare se volentium, quos defendere,  
& ab omni periculo salutis eripere  
non cesso.

2.

Sancti  
Angeli  
fideles a-  
nimas in  
Purgato-  
rio solan-  
tantur,  
& hoc  
horribili  
visione o-  
stendi-  
tur.  
Lib. 4.  
Revel.  
cap. 48.

Sancti quoque Angeli (ut bea-  
ta Mechtildis ait) animabus in  
Purgatorio detentis lumen cog-  
nitionis, subsidiumque & sola-  
men præstant. Unde sancta Bir-  
gitta vidit animam cuiusdam Re-  
gis, qui malè quidem vixerat, sed  
in ultimo vitæ articulo gratiâ  
Dei præventus, ita apud se cogi-  
taverat: *Veni mihi, quia nimis au-  
dacter semper offendi Creatorem  
meum! Unam mihi concederetur  
saltem una horula, in qua possem  
integrè converti ad Dominum, & ei  
gratias agere pro beneficiis ipsius!  
Magis me angunt peccata quæ con-  
tra Deum commisi, quam dolor quem  
in carne mea sentio. Etiam si nun-  
quam ad calum perventurus essem,  
vellem tamen benignissimo Redem-  
ptori meo servire.* Hinc Christus  
iudex ait ad diabolum & ad An-

† Quæ hic miranda adducuntur cap.  
13. de Purgatorio, passim reperiet pius Le-  
ctor in sanctis Patribus nominatim & ver-  
batim citatis apud Scriptores controversia-  
rum modernarum, Bellarminum, Hosium;  
Coxium, Fevardentium, & alios; imò & a-  
pud ipsummet R. D. Blosium, partim in Col-  
lyrio, partim in Facula, partim alibi.

gelum animæ Custodem: *Tu dia-  
bole turbabis hanc animam, sed tu  
Angele meus consolaberis eam, do-  
nec ad claritatem gloriæ perduca-  
tur.* Ipsi quoque animæ dixit: *Tibi  
permittitur ut ad Angelum sanctum  
respicias, & consolationem ab eo re-  
cipias, sisq; particeps Sanguinis  
mei, & orationum Matris meæ, atq;  
Ecclesie sanctæ.* Itaque diabolus  
dicebat animæ quam cruciatus e-  
rat: *Quia venisti in manus meas,  
cibus bonisq; malè acquiritis  
plena, ego te nunc evacuabo præ-  
lo meo. Tumque collocans ca-  
put Regis inter genua sua prælo  
similia, stringebat illud fortissi-  
mè, donec tota medulla cerebri  
in modum folii fieret tenuis. De-  
inde iterum ait ad animam: Quia  
locus, ubi virtutes esse debuerant,  
vacuus in te est, illum ego imple-  
bo, atque ita inferens quasi fistu-  
lam follis in os Regis, insufflavit  
validè, adè ut venæ & nervi Re-  
git fœtido horribilique vento re-  
pleti, miserabiliter rumperentur.  
Rursum diabolus dixit animæ:  
Quia in subditos tuos (qui quasi  
filii tui esse debuerant) fuisti imi-  
fericors, & eos pupugisti, brachia  
mea serpentibus similia constrin-  
gent laniabuntque te acerbissimè.  
Cum autem ipse diabolus iterans  
prædictas pœnas vellet eas aggra-  
vare, vidit Birgitta Angelum Dei  
extendentem manum, & prohi-  
bentè, ne eas sicut prius aggrava-  
ret. Ad hunc modum in qualibet  
pœnarum repetitione Angelus  
pœnas mitigabat. Anima verò  
post*

Monile  
Spirit.

Monile Spirit.

post quamlibet pœnam elevabat oculos ad Angelum, nihil dicens, sed gestu suo indicans se consolationem ab eo accipere, ac citius fore liberandam.

3. Anima in Purgatorio sustentatur à bona voluntate quam in vita habuit.

Apparuerunt beatæ Gertrudi aliquæ animæ purgandæ in specie teterrimorum bufonum horribiliter in seipis ardentium. Apparuit eidem & anima cuiusdam militis ante annos quatuordecim defuncti, in figura immanis bestiæ super os inferni constitutæ, & uni stipiti innitentis; quæ pœnas infernales in se recipiens, dirissimè torquebatur. Intellexit Gertrudis, stipitem quo anima (ne in infernum rueret) sustentabatur, designare bonam voluntatem, quam interdum (licet raro) miles iste adhuc vivens habuerat.

4. Purgatorii tormentorum atrociora sunt quàm quod homo in hac vita pati potest.

Monachus quidam admodum pius, cum in mentis excessu positus, vidisset tormenta Purgatorii, reversus ad se dixit: *Nulla hominis lingua exprimere, nulla æstimatio concipere potest varietatem, multipliciorem & gravitatem suppliciorum, quibus (me afficiente) purgandi subdebantur. Testis mihi est Deus, quia si quis me & cunctos charos meos affecisset omnibus iniuriis ac pœnis quæ possunt homini in hac vita irrogari, vel etiam occidisset, & viderem eum deputari tormentis à me conspectis; ego mil-*

a. Doctores quosdam asserere, eundem esse ignem Purgatorii & inferni, tradit R.P. Ioan. Præpositus in 3. par. D. Thomæ Supplemento q. 11. dubio 3.

lies (sifieri posset) mortem pro eius ereptione subire paratus esse, b. adeo pœnæ illa quas in Purgatorio vidi, excedunt mensuram & modum cuiusvis doloris angustia amaritudinis ac miseria huius vite. Verumtamen qui ibi tam dirè cruciantur, paulatim ad tolerabiliora tormenta transeunt. Hæc ille.

Monile Spirit.

Vidit sancta Gertrudis animam cuiusdam viri monastici Ordinis, sibi benè noti, quasi sedentem ad mensam quamdam mœrenti animo, & vultu deiecto, utpote nondum purgatam, nec dignam quæ iucundâ contemplatione Dei frueretur: in qua quidem mensa præsentabantur omnia quæ pro eadem anima fiebant in celebratione Missarum id cantu Ecclesiastico, in orationibus, & alijs pijs operibus; atque ex his anima mirificè confortabatur. Dominus etiam propriâ benignitate & intercessorum supplicatione permotus, aliqua semper addebat, quorum virtute anima illa plurimum roborata releuataque lætabatur. Similiter & beata virgo Maria videbatur aliqua apponere, ut maiorem consolationem reciperet anima, quæ, cum adhuc esset in corpore, allam præcipuâ deuotione coluebat. Itidem quilibet Sanctorum, quibus anima aliquid specialis venerationis exhibuerat in terris,

5. Sacrificia & suffragia pro defunctis ad levandas pœnas Purgatorii.

b. Ex omnibus antiquis Patribus unus eligatur sanctus Augustinus, ita de Purgatorio sentiens in Psalm. 37. ad 1. Corinth. 3. Quia dicitur, Salvus erit, contemnitur ille ignis: gravior tamen erit ille ignis, quàm quidquid potest homo pati in hac vita.

T t 3 non-





Monile  
Spiritus.

nonnulla super mensam adiciebat, prout ipsa anima corpori coniuncta, maiori vel minori devotione ac labore promeruerat. Ex quibus omnibus eadem anima de hora in horam magis magisque; serenata, coepit etiam magis ac magis levare oculos ad gratissimum lumen Divinitatis: quod irreverberato intuitu inspexisse, est revera omnium gravaminum tristem memoriam deposuisse, & omnium bonorum omniumque gaudiorum abundantiam invenisse.

6.  
Purgatorium a-  
moris seu  
desiderii,  
in quo est  
paena  
damni,  
sed non  
paena  
sensus.  
Lib. 4.  
Revel.  
c. 127.

† Beata virgo Maria apparens sanctae Birgittae oranti pro quodam praeclearae virtutis & probatae vitae Eremita, cuius corpus exanime delatum erat in templum ut sepeliretur, dixit: *Filia, huius Eremitae amici mei anima, de corpore egressa, mox peruenisset in caelum, si in morte perfectum habuisset desiderium pertingendi ad praesentiam Dei eiusque visionem: quod quia non habuit, detinetur nunc in Purgatorio desiderii, ubi nulla poena est, nisi solum desiderium perveniendi ad Deum. Scito tamen ipsam introducendam in caelestem gloriam antequam corpus eius recondatur in terra.*

7.  
Efficacia  
orationis  
pro de-  
functis.

In die Resurrectionis Dominicae virgo Gertrudis aliquando orabat pro animabus in Purgatorio detentis, & mox plurimae ad preces eius a poenis liberatae,

† R. P. Ludovicus de Ponte de hac Revelatione multa & pia & pulchra meditatatur parte 1. meditatione 26. puncto 2. & parte 5. medit. 34. puncto 1.

atque ad refrigeria valde amena translatae fuerunt: quas cum illa videret nondum euectas esse ad plenam beatitudinem, rursus oravit, & statim aeternis gaudijs conjunctae sunt.

Anima cuiusdam iuuenis Comitis post mortem apparuit sanctae Mechtildi: a qua interrogata, vtrum poenam aliquam sentiret, respondit se nullam poenam sentire, nisi quod amantissimum Deum suum non videret, quem ingenti & ineffabili desiderio conspiciere cupiebat. Dicebat enim, quod anima mole corruptibilis carnis adhuc gravata, multum impeditur necessitatibus corporalibus, nunc comedendo, nunc dormiendo, nunc aliud faciendo, nunc cum hominibus conversando: sed anima pia quae carne soluta est, quia Deum summum bonum iam magis cognoscit, inestimabili eius flagrat desiderio. Doctores autem eximij asserunt, etiam hoc ipsum, quod anima corpore exuta retardatur a visione Dei, esse admodum graue & molestum: sicut dicit Scriptura, *Spes quae differtur, affligit animam.* Audiuit etiam Mechtildis memoratam Comitis animam canentem haec verba: *Scio Domine, quia morti me tradidisti ad salutem, gaudium & consolationem meam. Cui illa: Quis te verba ista canere docuit? Respondit anima: Ea quae ad laudem Creatoris mei pertinent, ego scio.*

Eadem

Monile Spirit.

9. *Mordet & rodit animas vermis conscientia, etiam in Purgatorio.*  
Lib. 5. Spirit. grat. c. 9.

Eadem virgo Mechtildis aliquando in spiritu perducta est in hortum amœnissimum cælo vicinum, ubi erat copiosa multitudo animarum, quæ non aliam pœnam sustinebant, quàm vermem conscientia unamquamque jugiter arguentis, quòd benignissimo atque dulcissimo Deo suo fidelis non fuerat, unde & ad eum post mortem absque impedimento pervenire non promeruerat. Qui quidem vermis animam non deserit, donec illa intret in plenum gaudium Domini sui. Orate igitur ipsa Mechtilde, evolarunt prædictæ animæ cum magna exultatione ad gloriam beatitudinis æternæ. Et cum deinde Dominus ostenderet eidem Mechtildi tormenta Purgatorii, ipsa rursus oravit, & mox multæ animæ è pœnis translatae fuerunt cum gaudio in amœnum illum hortum.

10. *Nihil inquinatum intrat calum, ideo que anima non plene purgata non lunt cum maculis calum intrare, sed ultra optant ignem Purgatorii ex Dei justitia subeundum.*  
Lib. 5. In an. c. 8.

† Cum quædam virgo monasterii beatæ Gertrudis, post juvenilem ætatem in virtutibus sanctæ Religionis peractam, defuncta esset, vidit eam ipsa Gertrudis in magna luce & vario ornatu adstare JESU Christo: quæ tamen tanquam sponsa verecunda vultu demittens, nitebatur se subducere, non ausa levare oculos ad gloriam divinæ majestatis. Hinc Gertrudis zelo pietatis.

† Revelationum hanc §. 10. & §. 11. adducit R. P. Cornelius à Lapide ad Apocalypseos cap. 21. §. 27. Non intrabit in eam aliquod co inquinatum.

Monile Spirit.

tis ducta, dixit ad Dominum: *Eja benignissime DEVS, quare hanc filiam tuam non suscipis inter suaves amplexus tuos, sed eam tanquam alienam tibi adstare permittis?* Ad quæ verba Dominus videbatur blandissima serenitate extendere dexteram suam, tanquam amplexaturus animam. At illa cum delicata quadam reverentia subtrahebat se. Quod multum admirans Gertrudis, ait animæ: *Quare subducis te amplexibus sponsi tam amabilis?* Cui illa: *Quia nondum plene purgata sum, sed adhuc maculae aliquæ me incompositam reddunt. Etiam si omnino liber ad Cælum accessus mihi pateret, ego tamen (dictante justitiâ) memetipsam sponte subtraherem, cum sciam me tam glorioso sponso nondum convenire.* Tum Gertrudis: *Et tamen videris jam quasi glorificata.* Ad quod anima, *Illam, inquit, beatitudinis gloriam, quam Sancti ex visione & fruitione Divinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima meretur accipere, donec ab omni macula perfecte purgata, intret in gaudium Domini sui.* Matt. 25

Germana sorore prædictæ virginis in monasterio sanctæ Gertrudis defuncta, (quæ & ipsa vitam piè religioseque transegerat) vidit similiter Gertrudis animam eius in loco admodum lucido mirificè exornatam consistere: cui etiam Dominus JESUS adstabat, & quinque vulneribus suis sensus illius novæ suavitatis dulcedine recreabat, eam-

11. *Optans anima in igne Purgatorii divinam justitiam in se partes suas agere & panarum satisfactionem exigere.*

Monile  
Spirit.

eamque blandè consolabatur. Dixit itaque Gertrudis ad Dominum: *Cùm tu DEUS totius consolationis huic tam amicabilem serenitatem exhibeas, quid est quod ipsa mœstiori vultu gravamen internum pratendit? Ad quod Dñs: Ex hac mea presentia, anima quam cernis non nisi delectamenta mea humanitatis<sup>a</sup> percipit; unde & plenè consolari non potest: sed ubi à negligentius praterita vita purgata fuerit, ego eam in presentia iucundissima Divinitatis mea perfectè consolabor. Et ista: Numquid, Domine mi, miseratio tua non prevaleret filiam tuam (cui ab infantia dederas pium cor & benignam voluntatem erga omnes homines) nunc absolvere ab omni negligentiarum impedimento? Respondit Dominus: Pietatem cordis eius, benignamq; voluntatem abundantissimè remunerabo: sed oportet (dicente iustitia mea) ut omnis macula prius abstergetur. Et quasi blandiendo tenens mentum puellæ, adjunxit: *In hoc sponsa mea libentissimè consentit iustitiæ mee: quia cum plenè purgata fuerit, gloria Divinitatis mee iucundissimè perfruetur. Ad quæ verba Domini illa benigno vultu annuit. Postea sancta Gertrude offerente sub Missa pro eadem puella salutarem Hostiam, quæ à Sacerdote**

<sup>a</sup> Hic observa, Dominum IESU Malis in ordine ad beatitudinem viæ ostendere solam suam humanitatem, aliis etiam Divinitatem. Et illam, incompletam seu inchoatam; istam, completam & perfectam posse vocari beatitudinem.

elevabatur, dixit anima: *In b* *veritate certum esse experior, nullum, quantumlibet exiguum bonum, in homine carere remuneratione; nec ullam, quantumvis parvam culpam esse, quæ non purgari debeat ante vel post mortem. Quia enim sacram<sup>c</sup> Communionem libenter accepi, quando in terra vivebam, nunc magnum remedium obtineo de Sacramento altaris pro me oblato. Et quia tam benignam voluntatem ad omnes homines habui, modo multò citius iuvat me oratio pro me fusæ. Insuper etiam æternam remunerationem expecto, quam in celo recipiam. Sicque sursum ferri anima videbatur, sublevata precibus Ecclesiæ. Sciebat autem (ubi ad statutum terminum perveniret) Dominum cum corona gloriæ sibi obviaturum, seque in gaudium æternum introducturum. Licet verò \* purgandus quisque iustitiæ & voluntati divinæ consentiat, non tamen amat pœnas suas: sed cuperet se ita vixisse, ut jam nihil in se esset puniendum & purgandum. Mavult tamen in Purgatorio perferre pœnas cum certitudine perveniendi ad Deum, quàm adhuc esse in hac vita cum periculo peccandi in Deum.*

<sup>b</sup> Nihil erit impunitum aut irremuneratum post hanc vitam.

<sup>c</sup> Hoc ex Augustino observent devoti erga animas Purgatorii juvandas; quia per ea quæ quisque gessit in corpore tam pro se quàm pro animabus meretur apud Deum juvari per suffragia, quando ipse extra corpus erit in Purgatorio. Vide D. Augustinum tom. 4. lib. de Cura pro mortuis gerenda ad Paulinum cap. 1.

## CAPUT XIV.

## De gaudiis paradisi cælestis.

1. Anima sancta in cælesti gloria plena sunt sapientia, qua omnia vident in Deo: non tamen Deum comprehensiva visione cognoscunt.

2. Pulchritudo Angelorum, animarumq; sanctorum, & horrenda demonum deformitas.

3. Numerus Angelorum sanctorum inenarrabilis.

4. Beati communicant inter se in omnibus bonis uniuersisque peculiaribus: nec quidquam demis animarum beatitudini expectatio corporis.

5. In Deo sunt omnium rerum perfectiones, unde habere potest scala à pulchritudine & iucunditate creaturarum ad pulchritudinem excellentem Dei:

6. Cujus splendor, maiestas & amabilitas infinita est & incomprehensibilis: ob quam additur satisfactionis deuota ad patriam cælestem.

1. **P**OST mortem cuiusdam virginis, sancta Gertrudis vidit animam eius in cælesti gloria exultantem: à qua cum multa admodum præclara audisset, dixit: *Quomodo hæc omnia nosti? tu enim adhuc in corpore constituta, sensum nimis simplicem habebas.* Illa respondit: *Inde noui unde Sanctus quidam ait, Deum semel inspexisse, est omnia didicisse.* Similiter in Revelationibus beatæ Birgittæ, Deipara virgo Maria alijsq; cæli ciues frequentissimè dicunt se omnia in Deo videre & scire. Profectò Sancti in cælo cognoscunt perfectè veritatem: cognoscunt rerum omnium naturas: vident & sciunt quidquid ad totius mundi ordinem decorumque pertinet. Hinc beatus Gregorius ait: *Anima sancte in cælo, quia intus claritatem Dei vident, nullo modo credendum est ali-quid foris esse quod ignorent.* Et quarto libri Insinuationum di-

S. Greg.  
Papa lib.  
4. dia.  
logo. 33.  
& alibi.

vinæ pietatis sive Revelationum sanctæ Gertrudis, capite vigesimo octauo habetur, quòd ipsa virgo Gertrudis viderit se præsentari Deo indutam tunicâ quadam, in qua distinctè annotata erant singula quæ ipsa in Religione benè vel malè cogitauerat, dixerat & fecerat: ita vt nec minimus quidem punctus cogitationum, intentionum, verborum & operum eius bonorum ac malorum latere posset, quem Deus & omnes Cælicolæ non perfectissimè cognoscere in luce infallibilis veritatis. Unde diuinitus intellexit, quòd cuiuslibet hominis status similiter pateat Deo & omnibus Sanctis per æterna læcula. Igitur quilibet spiritus beatus videndo essentiã Dei, videt cognoscitque omnia quæ concernunt perfectionem propriæ gloriæ, videt & cognoscit quidquid videre ac scire desiderat: non autem videt omnia quæ sunt & relucet in Deo. Nã si creatura cognosceret omnia quæ sunt in Deo, comprehenderet Deum, quod nullo modo fieri potest, cum illa sit finita, Deus autem infinitus. <sup>b</sup> Unde nec ipsa

Monile  
Spiritus.

<sup>a</sup> Disputant Theologi pie apud D. Thomam 1. p. qu. 12. art. 8. an in cælo ad perfectionem propriæ gloriæ plura scire aut debeat aut desideret Rex beatus, quàm Eremita Beatus. Vbi est sententia Theologorum, Beatos videre in Deo omnia quæ ad præteritum suum statum pertinet, quod facit ad perfectionem gloriæ.

<sup>b</sup> Nulla in cælo aut terris creatura, ne quidem anima Christi, comprehendit Diuinitatem, ut docet D. Thomas, parte qu. 10. art. 1. citans S. Augustinum lib. 81. qq. 9. 24. & semetipsum 1. p. qu. 12. art. 7.

V v

qui-

Monile  
Spiritus.

quidem creaturarum omnium beatissima, videlicet anima Christi, comprehendit Divinitatem five infinitam Dei essentiam. Ergo solus increatus Deus seipsum plenè comprehendit atq; cognoscit. Ceterum quò quis in cælo majoris meriti est, & Deum ardentius amavit, eò limpidius ipsum intuetur, & plura in eo cognoscit. Ibi gloriam Dei, quæ omnibus communis est, unusquisq; haurit pro sua mensura, & quilibet plenus est.

2. *Incompa-  
rabili  
pulchri-  
tudo san-  
ctarum  
anima-  
rum, &  
deformi-  
tas da-  
monum.  
Lib. 2.  
Revel.  
cap. 18.*  
Christus ait ad beatam Birgittam: *Dum visiones tibi ostenduntur, si videres pulchritudinem sanctarum animarum, vel sanctorum Angelorum sicuti est, cor tuum præ ingenti gaudiorum peretur. Si item videres demonem sicuti est, non posses viva tam horribilem visionem sustinere. Cernis autem spiritualia quasi corporalia, & anima atq; Angeli apparent tibi in similitudine hominum; quia spiritus tuus adhuc carne impeditus, aliter illa capere non possit. Hinc ipse Dominus dixit sanctæ Catharinæ: Benè meministi, quòd cum aliquando tibi in ecstasi posita, diabolum in propria figura velut in momento & icu oculi demonstrassem, tu sensibus corporis restituta; potiùs eligebas per viam ignitam usq; ad diem iudicii nudis pedibus incedere, quàm rursus illum intueri. Es tamen adhuc ignoras quàm sit reipsa horribilis, què ita raptum vidisti. Tanta verò pulchritudo est etiam infimi civis regni cælestis, ut totius mundi sensibilis*

*pulchritudo in unum collecta, illi comparari nullatenus possit: claritas eius longissimè excedit meridianam visibilis solis claritatem.*

Quarto libro Revelationum sanctæ Birgittæ capite undecimo Deipara Virgo Maria dicit ipsi Birgittæ, tantum esse numerum beatorum spirituum Angelicorum, ut si computarentur omnes homines ab Adam usque ad ultimum in fine mundi nasciturum, possent unicuique homini deputari ad minùs decem Angeli gloriosi. Divinus etiam Dionysius Areopagita † scribit, numerum sanctorum Angelorum superare omnem numerum rerum inferiorum. Plerique tamen Patrum existimant, non plures esse Angelicos spiritus in cælo, quàm erunt beati homines finito hoc sæculo: ita ut æqualis futurus sit numerus Angelorum & hominum beatorum. O! quàm jucundum erit conspiciere totum illum cælestem exercitum, & amabilem illam multitudinem, gratiosa humilitate, suavissima charitate, ineffabili pulchritudine, perenni- que gloria refulgentem, ac singulos cæli cives perfectissimè cognoscere!

Deus ad beatam Catharinam ait: *Multum ordinatè providi sum per cælestium civium & Angelicorum*

† Cælestis Hierarchiæ cap. 14. & citatur Psalmus 68. Iob 25. Dan. 7. Apoc. 17. & ceteris aliæ sacre Scripturæ, ac sancti Patres à Scholasticis apud D. Thomam 1. p. qu. 50. art. 3. utrum Angeli sint in aliquo magno numero.

Spiritus

**Monile Spirit.** spirituum charitate in vita aeterna. Non enim volui ut quilibet gustet solus proprium bonum quod à me recipit: sed ordinavi, ut bonum uniuscuiusque participetur ab omnibus. Volui, ut in ordinatissima perfectissimaque charitate maior gustet bonum minoris, & è converso minor bonum maioris. Ibi & magnus & parvus perfecte gaudet, perfectamque consolationem obtinet: quia omnes pleni sunt pro mensura sua & in gradu suo. O quam fraterna est ista charitas, & quam unita in me! Angeli cum ingenti letitia communi-  
**Dam Angelorum quam animarum beatorum.** cant cum animabus beatis, & anima beata cum sanctis Angelis. Itaque omnes suavissima dilectione abundantissime perfusi, ultra quam intelligere possis exultant, mirabilique modo iubilando gaudent in me. Quilibet cali civis videndo me Deum aeternum, videt gloriam & laudem nominis mei in Sanctis meis, & in bonis Spiritibus Angelicis, & in omnibus aliis creaturis, atque etiam in demonibus. Veritatem clarè agnoscit, & habet omnia quæ desiderare potest. Semper satiatur, & tamen fastidium nunquam patitur. Quamvis autem offensas peccantium cernat, nullum tamen neque inde neque aliunde quoquo modo dolorem habere potest, sed habet compassionem absque pœna, peccatores ipsos amando, & affectuosa charitate me jugiter exorando, ut mundo misericordiam benignè exhibeam. Voluntas Beatorum voluntati meae omnino unita & con-

formis est. Unde licet parentes adspiciant filios suos in inferno damnatos, nulla tamen compassione moventur erga illos, sed optimè contenti sunt, videntes eos cruciari tanquam inimicos meos. Desiderant quidem recipere corpora sua: sed nullatenus ipsos affligit huiusmodi desiderium, quod certissime sciunt aliquando fore implendum. Neque debes existimare quod post resurrectionem, glorificatio corporis maiorem beatitudinem adferet anime: nam si ita esset, anima quæ in celo sunt, quousque resumerent corpora sua, beatitudinem haberent imperfectam, quod nullo modo fieri potest: neque enim illis deest aliqua perfectio. Itaque corpus non augebit ipsi anima beatitudinem, sed potius anima illam corpori conferet ex abundantia sua. Oculus intellectus videre non sufficit, nec auris audire, nec lingua exprimere, neque cor cogitatione comprehendere, quanta sit beatitudo electorum meorum. O quale & quantum gaudium est, me clarè intueri, me dulciter amplecti, me perenniter frui, qui sum summum & aeternum bonum!

Virgo quædam Deo familiarissima plerumquedum in Deum eleuabatur, hæc tantummodò verba proferebat: O Deus meus & omnia! In Deo enim sunt omnia, & Deus est omnia, qui omnia intellectualiter repræsentat. Ab æterno omnia fuerunt

**Monile Spirit.** unita esse habent quidem amoris & affectionem ab peccata & damnationem hominis, sed sine pœna maiestati doloris. in Beatitudinem expectatio corporis nihil deest beatitudinæ anima. 1. Cor. 15.

**7.** In Deo sunt omnia; & Deus est omne bonum, Exod. 36.

Monile Spirit.

in Deo secundum ideam, quia in Deo immutabiliter sunt ideæ, seu intelligibiles formæ rerum omnium, & ipsa diuina essentia † est exemplar atque idea eorum omnium quæ creata & creanda sunt. Quidquid enim creat, quidquid fecit & facturus est Deus, hoc utique ex omni æternitate ab eo cognitum fuit, & sempiternè in eius incommutabili scientia manet, atque in eo relictet. O quam amabilis & desiderabilis est Deus! ipse est lux, pulchritudo, pax, suauitas, dulcedo ac bonitas prorsus immensa inuariabilis & æterna. Miramur, & meritò quidem, solis splendorem, lunæ siderumque claritatem, cælorum ornatum, ordinem elementorum, animalium multiplicitatem, colorum varietatem hortorum amœnitatem, florum elegantiam, graminum foliorumque virorem, auri fulgorem gemmarum præstantiam, corporum harmoniam, humanæ formæ & faciei venustatem; sed si invisibilia creaturarum, nempe superiorum spirituum feliciamque animarum inenarrabilem pulchritudinem conspiceremus, iam præ admiratione deficeremus. Quantum ergo admirari atque amare debemus incomprehensi-

Gradatio à pulchritudine creaturarum ut rivulus ad creatorum Dei pulchritudinem, ut fontem, juxta Apostoli cōtemplationem ad Romanos, c. I. v. 20. Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

† Meditatio Theologica de hac re institui potest ex D. Thoma 1. p. qu. 4. art. 1. & 2. ubi Scholastici Doctores allegant, Exodi 33. Ego ostendam tibi omne bonum. & Psal. 49. Pulchritudo agri mecum est. & Psal. 93. Qui plantavit aurem, non audierit & ejusmodi alia; denique adferunt Rom. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

bilem pulchritudinem Dei? † Nam rerum creaturarum pulchritudines aliud prorsus non sunt, nisi rivuli quidam tenuissimi ab illa summa pulchritudine, tanquam ab originali fonte, permanentes. Miramur etiam avicularum cantus, & lyrae, psalterii, citharæ, organorumque musicorum suaves sonos: miramur eximiam dulcedinem & fragrantiam quam Deus indidit melli, vino, fructibus, virgultis, floribus, herbis, aromatibus: sed ipse DEUS, à quo omnis illa dulcedo profluit, incomparabiliter & infinitè gratior atque suavior est. Melodia, odor, sapor, sunt in DEO modo quodam indicibili, superessentiali, verissimo atque perfectissimo. Planè quidquid dulcoris, decoris, excellentiæ, amabilitatis & perfectionis in creaturis sparsim ac finitè invenitur, hoc in Deo collectum, simplicissimè, & cum infinita plenitudine est. Lux ista visibilis & claritas solis, comparata divinæ luci, caligo est & tenebræ. Unde & beatus Joannes in Apocalypsi dicit, civitatem su-

Monile Spirit.

Apoc.

† Monet nos de hac de re Sapiens Sapientia cap. 13. ut videntes pulchras creaturas in cælo & terra, rapiamur ad pulchritudinem Creatoris qui fecit omnia quæ videmus pulchra: Quorum specie delectati, fiant quanto huius dominator eorum speciosior est; species enim generator hac omnia constituit. Et que illa praxis pietate & dulcedine & utilitate plenissima, quam Illustrissimus & devotione juxta ac doctrina Eminentissimus ex S. Iusu Cardinalis Bellarminus expenu privati cordis ad publicum usum producit totò illo aureo libro de Ascensu mentis in Deum per scalas creaturarum.

per-

Monile  
Spiritus.

pernam non egere sole, propterea quòd splendidissimâ, serenissimâ atque jucundissimâ claritate Dei illustretur: & ibi una atque perpetua dies est, cui nulla nox succedit. Omnis item pulchritudo rerum creaturarum comparata pulchritudini increatæ, deformitas dici potest. Sic etiam dulcedo & suavitas creaturarum comparata dulcedini & suavitati Creatoris, quasi amaritudo est. Similiter omnis opulentia, nobilitas, gloria, majestas, excellentia, dignitas & perfectio hujus sæculi, collata cum opulentia, nobilitate, gloria, majestate, excellentia, dignitate & perfectione Dei, nihil est. Omnia quoque gaudia & delectationes quæ in hoc mundo percipiuntur, in comparatione purissimorum gaudiorum, perenniumque voluptatum quæ in cælo ex visione Dei ac societate Sanctorum habentur, sunt velut una aquæ guttula cum toto Oceano collata. Itaque desideremus Deum nostrum, qui solus plenè nos satiari potest: amemus summum illud & incòmutabile bonum, in quo sunt omnia bona: suspiremus ad beatam & æternam illam vitam, cui comparata præfens vita, mors potiùs dicenda est quàm vita. Et, heu! quàm imperfectè, quam debiliter, quam obscura & distracta mente hic laudamus Deum! at ibi perfecta sempiternaque laudatio est, ubi scilicet ardens, dulcis & stabilis est dilectio.

Felicissima virgo Gertrudis a-  
liquando in spiritu intellexit,  
tantam & usque aded incompre-  
hensibilem esse lucem Divinitatis,  
ut si quilibet Sanctorum, ab  
Adam usque ad novissimum ho-  
minem, tam altam & perspicuam  
cognitionem perciperet, quàm  
altam perspicuamque aliquis un-  
quam percepit, & alter cum al-  
tero in sua cognitione non parti-  
ciparet, etiam si millies numero-  
sior esset multitudo Sanctorum,  
adhuc tamen ipsa lux Divinitatis  
in infinitum superaret omnem in-  
tellectum. Idem omnino senti-  
endum est de pulchritudine, dul-  
cedine & bonitate Dei, aliisque  
amabilibus ejus perfectionibus.  
Merito itaque eadem virgo Ger-  
trudis, degultatis utcunque in u-  
nitione divina deliciis patriæ cæ-  
lestis, exclamando dixit, & scri-  
pturæ commendavit verba ista:  
*O Regio illa beata & beatificans af-  
fluentis beatitudinem, ager delicia-  
rum, cuius minutissimum granum  
sufficientissimè satisfacere potest a-  
viditati omnium electorum, in his  
que humano cordi desiderabilia, a-  
mabilia, & suavia possunt excogita-  
ri! O æternum solstitium, speciosa  
meridies, mansio secura, locus to-  
tum continens quod delectat: para-  
disus iucunda, undique manans ri-  
vis inestimabilium voluptatum, &  
alliciens florifera venustate omni-  
genarum amenitatum, & demul-  
cens suavissimo sono, imò suaviter  
afficienti melodia intellectualium  
musicorum, & inebrians solventi*

V u 3

dul-

Monile  
Spiritus.  
Majestas  
Dei &  
omnes e-  
jus perfe-  
ctiones  
incompre-  
hensibiles  
sunt.Exclama-  
tio & ad-  
spiratio  
animæ in  
Dei visi-  
onem su-  
piravit.



Monile  
spiritu-  
ale.

*dulcedine internorum saporum, & immutans mira blanditate secretorum amplexuum! Sed quid inde balbuire conatur mea impeditior lingua? cum etiam si omnis Angelica & humana potentia in unam sonferretur scientiam, nequaquam ad plenum formare sufficeret vel unicum verbum, quo tanta rei excellentia aliqua ex parte dignè attingeretur aut exprimeretur. Hæc Gertrudis. Quodd si tam inexplicabilia virgo illa in hoc exilio percepit; qualia, quæso, percipiunt Beati cives cæli, qui Deum jam non in ænigmate, sed facie ad faciem vident? Ipse Iesus Christus Dei & Virginis Filius nos ad cælestem illam patriam perducere dignetur, qui est benedictus in sæcula, Amen.*

1. Cor.  
13.

† De his & alijs nonnullis reuelationum gratiâ donatis videri potest R. P. Petrus Antonius Spinellus in Throno Dei Admonitione ad Lectorem citans Blossum harum laudatorem; & R. P. Franciscus de Ribera lib. 1. Vitæ S. Matris Teresæ, multis etiam post R. D. Blossij Monile visionibus à Deo illustratæ, cap. 1. ubi has Blossianas feminas citat & laudat, & alias consimiles enumerat. Auctores quoque, qui mox in Monitiuncula nominantur, passim harum sanctarum feminarum honorificam faciunt mentionem.

## APPENDIX

### DE IV. SANCTIS FEMINIS

#### † IN PRÆDICTO LIBELLO

CREBRO MEMORATIS.

S. I.

De sancta Birgitta.

1. D. Birgitta patria, Ortus, Matrimo-  
nium.
2. Peregrinationes, Romana & Ierosolymita-  
na.
3. Canalis Dei, cur à Deo ipso vocatur.
4. Quare Deum mirandas delicias sapiens  
operatur in sancta mulieribus, quæ non operatur  
in alijs sanctoribus personis.
5. Fluvium de ore B. Birgittæ egredi visum.
6. Divini raptus ejusdem beata femina.

**B**EATA Birgitta parentes habuit nobilissimos, ex præclara stirpe Regum Sueciæ (quæ ultra Gothiam est) oriundos. Ipsam Dominus mox in prima ætatula visitare cœpit: quæ cum tredecim esset annorum, licet virginitatem unicè diligeret, parentum tamen imperio, & etiam Dei voluntate, adolescenti nobilissimo, qui Ulpho nominabatur, matrimonio fuit copulata, & ex eo quatuor filios totidemque filias suscepit.

Defuncto tandem marito ipsa cum Maria Magdalena optimam partem elegit; & iubente Domino patriam suam reliquit, venitque Romam. Postea ex præcepto ejusdem Domini iter Ierosolymitanum arripuit, ac deinde Romam reversa est.

Christus huic sanctissimæ mulieri post mortem mariti ipsius dixit: *Ego sum DEUS tuus qui tecum loqui volo. Non autem propter te solam, sed propter salutem omnium Christianorum tibi loquor. Tu eris sponsa mea, & ego utar te tanquam canali: quia per te gratiam meam alijs communicabo, & eis benefaciam. Videbis & audies spiritualia secretaque caelestia, & Spiritus meus manebit tecum usque ad*

Monile  
Spicium

1.  
B. Birgittæ  
a nativitate  
eius, circa  
supra  
& prædictum

2.  
Peregrinationes  
natis Romanæ  
memorantur  
que & Ierosolymam  
in itinere  
viduata.

3.  
Birgittæ  
dicitur  
esse canalis  
in Deo  
quia per  
eam  
variis  
hominibus  
Dei  
gratia

**Monile Spirit.** *ad mortem. Tu quodam iure facta es mea, quando defuncto marito tuo voluntatem tuam in manus meas resignasti, fuistiq; parata relinquere omnia propter me. Ideo assumo te in sponsam mihi, ut delectationem in te habeam, qualem decet Deum habere in anima casta.*

**4.** *Quare Deus delictetur sapius in aliis, qui meliores perfectioresq; sunt, & diutius mihi seruiuerunt, quam tu. Sed illis respondeo, me similem esse patrifamilias diversa vina in domo sua habenti, qui interdum bibit vinum mediocre vel tenue rejecto fortiori, quia tunc ei magis illud sapit: non tamen propterea contemnit aut effundit vina meliora, sed ea ad utilitatem suam in futurum reservat. Ego quidem multos habeo amicos, quorum vita mihi melle dulcior, & sole lucidior est: attamen elegi te in sponsam meam, ut secreta mea tibi revelem, non quod illis melior sis, vel etiam comparari eis debeas, sed quia ego sic volui, qui de idiotis sapientes, & de peccatoribus iustos facio. Assumendo te ad huiusmodi gratiam non illos abicio, sed eis postea utar ad honorem meum. Itaque humilia te semper.*

**5.** *Quid significabat fluvius de ore Birgittæ egrediens.* *Quidam eximie sanctitatis monachus, nomine Gerekinus, vidit aliquando sanctam Birgittam elevatam à terra in aëra, & fluvium de ore ejus egredientem; audivitque vocem verba ista proferentem: Hec mulier à sinibus terra veniens, propinabit innumeris*

*gentibus sapientiam. Et hoc erit tibi signum: quia ipsa à Deo edocta pronuntiabit finem vitæ tuæ: unde in verbis ejus exultabis, & citius complebitur desiderium tuum, quo anhelas ad Dei visionem.*

**6.** *Hæc Deo chara vidua de gratia sibi data loquens Domino, ait: Quando tibi placet, Domine, tu sapis corpus meum non quidem sopore corporali, sed quadam quiete spiritali: animam autem meam tunc quasi à somno excitas ad videndum, audiendum, atq; sentiendum spiritaliter. Nam quando ipsa Domina Birgitta rapiebatur in spiritu, omnes corporis ejus vires quasi deficere videbantur, sed cor inflamabatur & exultabat divina charitate. Migravit \* autem feliciter ex hac vita anno ætatis suæ septuagesimo. †*

*† Reuelationum sanctæ Birgittæ vindices & laudatores recensentur in magno & illustri Opere, quod in lucem emisit Reverendi Patres Ordinis sanctæ Birgittæ, hoc titulo, Reuelationes sanctæ Birgittæ olim à Cardinali Turrecremata recognita, & à Consilio Duranto Notis illustrata. Inueniet ibi Lector Bullas Bonifacii IX. & Martini V. summorum Pontificum. Inueniet fortissimum defensorium Ioannis Cardinalis de Turrecremata. Inueniet Elogia ibidem recitata à R. D. Ludouico Blosio, Antonio Cordubâ, Petro Canisio, Michaele Medina, Nicolao Sandero, Alfonso Mendozâ, Martino Delrio qui omnes, sicut pro afferendis sanctæ Birgittæ reuelationibus argumenta produunt, ita subinde reliquarum dilectarum Dei sponsarum toto Monili productarum mentionem quidem faciunt. Sed pro fide reuelationum & visionum illarum concilianda & confirmanda, rogo piam Lectorem, ut inspicere velit Auctores in fine Monilis per Monitiunculam nominandos. De vita verò & gestis illarum plura qui volet, videat scriptores Hagiologos, ut R. P. Laurentium Surium, & alios: item in Martyrologii Romani Notis Illustrissimum Cardinalem Baronium.*

**Monile Spirit.**

**6.**

*Eiusdem*

*rapit, & visio-*

*nes.*

**\* Anno Domini MCCC. LXXXIII.**

Monile  
Spirit.

## S. II.

## De S. Catharina Senensi.

1. S. Catharina Senensis infantia.
2. Mira abstinencia & mortificatio corporis.
3. Vera sanctitas non in externa sed interna mortificatione consistit.
4. Modum habuit vivendi singularem, sed à Deo inspiratum.
5. Quotidie communicabat. Doloribus corporis valde angebatur.
6. Gratia devotionis, raptus & ecstasies.
7. Mirabili zelus animarum.

1. S. Catharina Senensis oritur, &amp; pie educatur.

**V**IRGO Christi Catharina natione Itala, & ex ciuitate Senensi oriunda, à primâ ætate Deum feruenter amauit, eique studiosè seruit. Quæ Anglicam Salutationem edocta, per singulos gradus quibus ad domû paternam ascendebatur, Matrem Domini ad huc puellula salutare consueuerat. Orationi dedita, & Deo familiarissima fuit.

2. Austeritas vite &amp; mira abstinencia.

Quam etiam Dominus intus inuitauit & traxit ad supernaturalem quamdam vitæ austeritatem sectandam. Nam ipsa asperimè virgineum corpusculum suum castigauit. Aliquando à die Cinerum vsque ad Ascensionem Domini sine cibo perdurauit, solâ Eucharistiæ communionem contenta. Pluribus annis non nisi modicum succum herbarum ad refectiorem corporis sumpsit: nam grauissimè periculossimèque ægrotabat, si cogebatur aliud sumere. Rarò vltra duas horas dormiebat, iacens in durissimo lecto, quem ipsa sibi ex tabulis confecerat.

3. Vera ani-

Docuit tamen eam Dominus,

quòd vera sanctitas non consistat in illis arduis pœnitentiæ operibus, exercitijsque corporalibus, sed in propriæ voluntatis ac vitiorum mortificatione: quodque multùm erraret, qui vitæ perfectionem ex magno conuersionis rigore potius quàm ex vera humilitate & charitate metiri vellet.

Modus eius viuendi licèt singularis esset, reprehendi tamen non debuit, quia ipsa illum ex instinctu, voluntate speciali que adiutorio Spiritus sancti assumpsit & tenuit. Ecce quàm diuersis vijs extrinsecus gradiuntur electi Dei. \* Nam sancta Birgitta discretè & moderatè corpus suum reficiebat cibo, potu & sumno, sicut natura exposcebat. Similiter fecisse arbitramur sanctissimas virgines Mechtildem & Gertrudem: neque enim de eis legitur quòd inconuetam vitæ austeritatem amplexæ fuerint, quæ rigorem Regulæ sue propter infirmitatem sæpè seruare non poterant. At sancta Catharina abstinenciam austeritatemque vitæ inauditam secuta est, magis in hac parte admiranda, quàm leuiter inuitanda.

Hæc ad Cõmunionem altaris (quæ illi ferè quotidiana erat) quali ad celestes nuptias inuitata esset, cum summa alacritate accedebat. Malignorum spirituum varias tentationes patientiæ clypeo & fidei galeâ superavit. Gravi dolore lateris pænè assidue, & captis do-

Monile Spiritus sancti in mortificatione interna.

4. Modus vitæ singularis.

\* Obserua variis modis in Sanctis.

In Spiritu sancto cum summa alacritate accedebat. Varias tentationes patientiæ clypeo &amp; fidei galeâ superavit.

S. III.

De sancta Mechtilde.


tis dolore frequenter laborabat.

6. *Devotio, raptus & ecstasis.*  
Tanta gratiae plenitudine abundabat, tamque fixè adhærebat Deo, ut mens ejus quasi incessanter in divina contemplatione occupata esse videretur. Frequentissimè abducta à sensibus corporis, veniebat in ecstasim operatione Dei, tumque corpus ejus totum obrigescebat. In quo raptu tam sublimia plerumque percipiebat, ut, sensibus reddita, non posset aliquo modo invenire verba quibus convenienter explicaret id quod divinitus illustrata intellexerat. Vnde iterùm atque iterùm hæc sola verba replicabat, *Vidi arcana Dei.*

Salutem animarum sitiens, in diversis locis ad quæ pergebat, præcepta salutis hominibus dabat, & gratiâ Dei plurima patrabat miracula. Tandem anno \* ætatis suæ trigesimo tertio defuncta, atque in cælum recepta est. <sup>b</sup>

7. *Zelus animarum fervens & sciens.*

\* Anno salutis M. CCC. LXXX. Multa ex his transcribit R. P. Petrus Antonius Spinellus in Throno Dei Tractatu de Virginibus, sect. 7. §. 64.  
<sup>b</sup> Pro fide revelationum factarum sanctæ Catharinæ senensis Auctores etiam produciuntur in fine Monilis.



1. Ejus natalis, & monastica vita ab infantia.
2. Gratia, & virtutes.
3. Calculo, capitisq; dolore cruciabatur.
4. Didicit, & tenuit linguam Latinam.
5. Admirandum in eam favor Dei.
6. Resignatio in doloribus & morbis quàm facta grata Deo.
7. Status felix morientis.

SANCTA virgo Mechtildis Comitissis cujusdam filia, † in Germania nata, cum anno ætatis suæ septimo fortè deducta esset à matris ad quoddam vicinum monasterium virginum Ordinis S. Benedicti, mansit ibi, & Religionem tandem professâ est.

Quæ statim in Dei amore ac veris virtutibus mirabiliter excrescens, Domino facta est familiarissima. Nam propriam voluntatem prorsus abdicaverat, & quoslibet homines sibi humiliter præferebat, atque ad obediendum erat promptissima. Nunquam inveniebatur malè otiosa, sed semper aut orabat, aut meditabatur, aut legebat, aut docebat, aut aliquid manibus operabatur ad honorem Dei.

Sæpissimè calculo & capitis dolore cruciabatur: sed ipsa læto corde suscipiens de manu Domini omnia gravamina quæ sibi eveniebant, patientissimè ea tolerabat. Multis diebus aliquando tam gravi capitis dolore vexata fuit, ut somnum nullo modo capere

† De hac virgine hinc nonnulla citat idem Spinellus ibidem §. 63.

1. *S. Mechtildis sanguine nobilita & Monialis ab infantia.*

2. *Amor Dei & virtutes.*

3. *Acuto calculi & capitis dolore laborans, tamè exultat in Dei voluntate.*

Monile  
Spiritus.

pere posset, tum etiam omnem consuetam dulcedinem consolationemque divinam minimè sentiebat. Verùm cum flebiliter conquereretur apud Dominum, humiliterque eum invocaret, tandem pius Dominus, qui semper tribulatis corde adest, tantam gratiam abundantiam eam perfudit, ut longo tempore velut mortua in fruitione Dei clausis oculis demoreretur, multa secreta cælestia interim præcipiens. Crebrò veniebat in huiusmodi ecstasim, totaque rapiebatur in Deum.

4. Tanta etiam suavitate afficiebatur quando verba Evangelica legebat vel audiebat (didicerat enim Latinam linguam, atque intelligebat) ut præ dulcedinis affluentia plerumque pænè exanimis redderetur.

5. Cum Feriâ \* quartâ post diem Paschæ inchoaretur iste Missæ introitus, *Venite Benedicti Patris mei*; ipsa ingenti & insolita quadam lætitiâ repleta, dixit ad Dominum: *O si una essem ex illis benedictis, qui hanc dulcissimam vocem tuam audituri sunt!* Et Dominus ad eam: *Certò scias te unam ex illis esse. Et ut nihil dubites, ecce ego do tibi cor meum in pignus amoris, & in domum refugij, ut semper, maximèq; in hora mortis tue, consolationem & requiem in illo inventas.* Ab eo tempore cepit mira devotione erga cor Jesu Christi affici: unde & frequenter in simplicitate sua dicebat: *Si scribi deberent*

omnia bona quæ à benignissimo corâ de Domini mei accepi, nullo quantumlibet grandi volumine comprehendere possent.

Cum ægrotaret ad mortem, & sodalis ejus beata Virgo Gertrudis quæreret à Domino, quidnam cum ea operaretur; respondit Dominus: *Ego cum ea quiesco in thalamo suavis amplexu: quia licet ipsa diversis continuisq; doloribus torqueatur, tamen de pietate mea confidens, omnia ex divina misericordia mea credit sibi cedere in salutem æternam, & semper mihi gratias agit, paternaq; providentia mea fiducialiter se committit.*

Quadam die eadem Christi sponsa Mechtildis jam in mortis agone constituta, nihil aliud dicebat quàm hæc verba, *Jesu bone, Jesu bone*, quæ assidue replicabat: apertissimè demonstrans, illum reverà cordi suo intimè esse impressum, cujus nomen inter acerbos mortis dolores tam dulciter ruminabat, & tam crebrò pronuntiabat. Instante autem hora quâ migratura erat ex hoc mundo, Dominus summæ majestatis Jesus eam lumine Divinitatis suæ totam illustrans, suavi blandaq; voce invitavit his verbis: *Veni benedicta Patris mei, posside partem tibi regnum à constitutione mundi.* Tunc nimirum ipse Dominus commonefecit eam doni illius excellentissimi, quò ante aliquot annos, (cum eadem verba ad Missam cantarentur) donaverat illi cor suum in

pignus

Latine  
no verat,  
& Evan-  
gelium  
Latinum  
magno  
gusto le-  
gebat.

5.  
Favor Ie-  
su danti  
cor suum  
in pignus  
amoris.  
\* Vide  
R. P. Cor-  
nelium  
à Lapide  
2. Pet. 3.  
v. 13. u-  
bi hæc  
& affinia  
adfert.

Monile Spirit.

pignus amoris. Igitur beata illa anima in ipsum cor Jesu suavissimum admissa, sempiternæ gloriæ gaudijsque cælestibus feliciter fuit sociata. †

† Multa de hac sancta virgine & illius revelationibus inveniet Lector sciendi amans in calce Monilis.

§. IV.

De sancta Gertrude.

1. Ab infantia fuit Sanctimonialis cum S. Mechtilde.

2. Latini sermonis perita fuit.

3. Humilis ac illius.

4. Mirè exaltata à Deo.

5. Indifferencia in rerum electione.

6. Fiducia in Deum.

7. Stigmata Christi in corde gestabat.

8. Mira Dei erga ipsam dignatio.

9. Felicissima mater ipsius.

10. Pro devotione erga hanc virginem, promissio Dei admiranda.

1. Ab infantia quinque annis Monialis cum S. Mechtilde.

**V**irgo Gertrudis, sive Trutha, in suavitate gratiæ Dei valde amabilis, quinto ætatis suæ anno in sacre Religionis horto velut candens liliū plantata, omnium virtutum splendore refulsit. Hæc in uno eodemque monasterio cum Mechtilde Deo servivit.

2. Latine legit, & intelligit.

Quæ t̄ quidem Gertrudis miro pollens ingenio, brevi tempore multum promovit in cognitione linguæ Latinæ: sed præcipuum ejus studium fuit, sectari cordis humilitatem & munditiam, Deoque per ardentem charitatem conjungi.

† Vide de hac Virgine apud R. P. Spinellum eodem s. 6. & mox de alijs virginibus revelationum gratiâ illustribus.

Ipsa in lumine veritatis agnoscebat se omnibus Dei donis indignam, se, inquam, reputabat tantummodò canalem quemdam esse, per quem Deus dona sua ad electos suos fluere vellet. Quoscunque homines videbat, sibi præponebat: & eos, quibus dona Dei communicabat, credebat sola cogitatione & innocentia seu conversatione inculpata plus mereri, quàm ipsa omnibus exercitijs & laboribus suis potuisset.

Aliquando iter faciens, præ nimia sui abiectione dixit ad Dominum: *Ab Domine mi inter precipua miracula qua facis, istud valde eximium esse arbitror, quod permittis, ut me vilissimam peccatricem terra ferat.* Ad quæ verba Dominus benignè respondit: *Merito terra se tibi calcandam præbet, quandoquidem omnis calorū dignitas, ineffabili desiderio jucundissimam illam horam expectat, quæ te excipiat & portet.*

Quando ei vestes vel aliqua alia offerebantur ut eligeret quod vellet, nolebat eligere: sed clausis oculis manum extendens, quidquid apprehendebat (etiam si vilissimum esset) summa suscipiebat gratitudine, quasi Dominus illud suis proprijs manibus ei tradidisset.

Securam semper ad Deum habebat confidentiam, alacremque ac fortem animum, & paternæ ejus providentiæ (quam in omnibus attendebat) firmissimè innitebatur.

W w 2

Do-

Monile Spirit.

3.

Humilis

141.

4.

Ob profundam

humilitatem à Deo

elevatur.

5.

Eius in differencia pulchra præcipua in rebus eligendis.

6.

Fiducia in Deum.

Monile  
Spiritus.

7.  
Vulnera  
Christi  
impressa  
in corde  
suo gestabat.

Dominus præclara quinque  
Vulnere suorum stigmata cordi  
ejus sensibiliter impressit: & tam  
amœnam habitationem sibi in ea  
præparavit, tamque suaviter cor  
suum erga eam apposuit, ut nisi  
homines scirent potentiam & bo-  
niratem ejusdem Domini esse in-  
terminam, vix credere possent  
illum tantam amicitia familiarita-  
tem præcellentissimæ matri suæ  
demonstrasse in terris, quantam  
isti demonstravit.

8.  
Christo ob  
virginæ  
puritatis  
familiaris-  
simam,  
& ab eo  
in admira-  
ndu a-  
moru de-  
lectu ha-  
bita, ac  
privile-  
gio singu-  
laribus  
ornata.

Hinc ipse Dominus Iesus de ea  
adhuc vivente loquens cuidam  
sanctæ personæ dixit: *Cum nemo  
hodie vivat, qui per puram inten-  
tionem, bonamque voluntatem & ve-  
ram fidelitatem mihi vicinior atque  
conjunctior sit quam illa, ego quoque  
ad nullam animam in carne degen-  
tem majori favore inclinor, quam  
ad animum illius: unde & nusquam  
convenientius invenire me potes,  
quam in Sacramento altaris, ac de-  
inde in corde & anima hujus sponsæ  
meæ.* Rursum alteri cuidam ait  
Dominus: *Ego totus sum illius, &  
eam per amorem inseparabiliter mi-  
hi univi, sicut argentum & aurum  
per ignem in unum metallum con-  
stantur.* Et iterum, *Ipsa, inquit,  
est cunctis cæli civibus dulcissima har-  
monia; quam efficiunt omnes illa ab  
ipsa tam æquanimiter perlata ad-  
versitates.* Mechtildi quoque pro ea

\* Hoc  
est illa-  
stre testi-  
monium  
pro rev-  
lacioni-  
bus san-  
ctæ Ger-

oranti Dominus dixit: *Quicumque  
verba ejus susceperint, moniti sunt  
ejus humiliter obedierint, non devia-  
bunt à salutis itinere, sed tandem  
ad vitam æternam pervenient.* Et

ipse Gertrudiam ait: *Quoniam egote  
misericorditer elegi ut in te jucundè  
habitem, quicumque se tuis orationi-  
bus (piam fiduciam habens) com-  
mendaverit, per gratiam meam  
salvus erit.* Et rursum: *Nihilus co-  
rum qui verba tua cum humilitate  
audiunt, & secundum illam vitam  
suam pia intentione instituunt, un-  
quam perire poterit, sed viâ tuâ  
absque errore perveniet ad me.*

Acceperat etiam in promissis à  
divina & nunquam fallente veri-  
tate, quod sicut in morte Christi  
virtus amoris nobilissima separa-  
vit animam ipsius Domini Iesu à  
corpore, ita in morte istius virgi-  
nis divinus amor deberet omnes  
vires ejus consumere.

Certior itidem per divinum  
promissum facta fuerat, quod  
quisquis ante vel post obitum ip-  
sius, considerans aut intelligens  
quam benignè & familiariter De-  
us se illi acclivaverit, devotè fi-  
deliterque in charitate laudaret  
Dominum, vel ei gratias ageret  
pro beneficijs eidem Gertrudi col-  
latis, non migraret ab hoc sæcu-  
lo, nisi prius Deus alicujus specia-  
lis familiaritatis delectationem in  
anima ejus haberet. Igitur qui  
vult, potest hoc vel simili modo:

\* *Dulcissime Domine Iesu Christe,  
laudote, & gratias ago tibi quâ pos-  
sum devotione, pro omnibus benefi-  
cijs quâ dilectæ sponsæ tuæ Gertrudi  
virgini contulisti: & per illum amo-  
rem quoru eam ab æterno ad specia-  
lem gratiam elegisti, temporeque  
placido suaviter attraxisti, ac fami-  
liari-*

trudis  
sine me  
tu reci-  
piendis

9.  
Mortis  
amara

10.  
Sæculi  
& trans-  
ire dicit  
promis-  
sum de  
delectatione  
ejus in  
sæculo  
transire

et  
sine  
hominis  
sancitæ  
Gertrudi  
dicit

liariter tibi univisti, & incundè in anima eius habitasti, cursumq; vita eius beato sine consumasti, oro & obsecro te, ut me miseraris, & me tibi placentem reddas, atq; ad vitam sternam perducas, Amen. †

† Iam sequitur Monitiuncula, in qua pro revelationibus sanctæ Gertrudis testes fide digni producuntur.

S. V.

De auctoritate revelationum supra positarum.

- 1. Sunt ab Ecclesia approbata, specialiter B. Birgitta, & B. Gertruda.
- 2. Ideo à solis indevotis & incredulis possunt contempni.

10. *Revelationes ista à Patribus & Pontificibus Ecclesie Romanae approbantur.*

1. **R**evelationes prædictis feminis factæ, toti orbi innotuerunt, & à pijs eruditisque viris jam olim fuerunt approbatæ: nam & sancti Patres passim eas citant in scriptis & libris suis. Cùm adhuc viveret beata Birgitta, Episcopi Theologique insignes examinaverunt ejus Revelationes: & post mortem ipsius, Concilium Basileense deputavit aliquos pietate doctrinaque conspicuos, qui rursùm illas diligentissimè

discuterent: atque hi omnes constanter affirmaverunt eas processisse à Deo. Similiter Revelationes sanctæ Gertrudis ante & post mortem ipsius fuerunt à doctissimis illuminatissimisque; viris summa cum diligentia examinatæ; quorum unus post accuratam illorum lectionem, scripsit sententiam suam hoc modò: \* Ego, inquit, in veritate divini luminis, sentio, neminem, qui Dei spiritu sit illustratus, posse calumniari aut impugnare ea quæ in hoc libro habentur, nam Catholica sunt & sancta.

Moni le Spirit.

\* Hæc ipsa reperitur apud eundem Spiritum eodem §. 63.

Ex quibus omnibus liquet, quàm longè adhuc à spiritu Dei sint, qui prædictas divinas Revelationes tanquam somnia muliercularum rejiciunt & irrident. Deus illis ignoscat, & meritis atque intercessionibus charissimarum sponfarum suarum (quas Spiritu suo abundè perfudit, lumineque veritatis excellenter illustravit) nos omnes post miseram hanc vitam, æternæ beatitudini conjungere dignentur, Amen.

2. *A quibus hominibus eadè contemnantur.*



# MONITIUNCULA PIO LECTORI.



*Vm Monile Blofianum ex historicis narrationibus conflatum fit, & Historie prima laus & dos, fides ex veritate habeatur; vifum fuit auctoritatem firmam conciliare Visionibus ac Revelationibus tum istis in Monili Blofiano, tum alijs quæ sanctis in Ecclesia Romana viris ac feminis ex omni ordine ac gradu statumq; e venerunt, digitorum intendendo in Auctores nonnullos non minus doctrinâ quàm pietate illustres, qui solidè de veritate ac certitudine Visionum ac Revelationum ejusmodi differuerunt: quorum pleriq; aut hoc Monile nominatim citant, aut feminas visionibus illustres hîc in exemplum adductas. Inter illos copiose disputat R. P. Martinus Antonius Delrio Disquisitionum Magicarum lib. 4. cap. 1. quest. 3. quo pacto divina revelatio discernenda fit à diabolica revelatione: & adducit B. Vincentium Ferrerium, Ioannem Gersonem, Cardinalem Turrecrematam, Henricum de Firmaria, Aegidium Carlerium, Hieronymum de Ferraria, Franciscum Picum, Petrum Ribadeneiram, Franciscum Arriam, & alios addit tum Scholasticos Doctores, tum prisca Ecclesie sanctos Patres. Deinde omnia per omnem memoriam sacrorum Annalium Revelationum ac Visionum mysteria enucleat, & in lucem profert, adductis exemplis ac Doctoribus plurimis, R. P. Franciscus Ribera lib. 1. cap. 1. Vita sanctæ Matris Teresie de JESU. Videndi etiam sunt quotquot sancti Pauli divinas Epistolas doctis & pijs Commentarijs illustrarunt, inter quos honoris gratiâ duo nominati cum fructu legentur; Eximius D. & M. N. Guilielmus Estius, & R. P. Cornelius à Lapide, præsertim super 1. Corinth. 14. 6. 2. Cor. 12. à versu 1. ad multos sequentes. Gal. 1. 12. & Gal. 2. 2. Ephes. 3. 3. & alibi, ubi de Revelationibus & Visionibus loquitur Apostolus. Sunt item consideratione digna, quæ de Visionibus ac Revelationibus, & cautela in illis, confert ad rem R. P. Thomas à JESU lib. 2. de Oratione divino cap. 10. adductis præter Gersonem, Richardum, Harphium, Cajetanum super 1. 2. quest. 17. art. 7. sanctis Patribus, Augustino, Diadocho, Iustino, Bonaventurâ. Scripsit etiam pro Revelationibus tum his quæ in Monili Blofiano proferuntur, tum alijs tam antiquioribus quàm recentioribus*

monile  
Spiri-  
tualc.

bus in communi & in particulari, Richardus Lauinham Carmelita in Determinationibus pro libro Revelationum sanctæ Birgittæ, in Academia Oxoniensi & Londinensi publicè expositis, teste Posservino in Apparatu: Heymericus de Campo in Defensione Revelationum sanctæ Birgittæ, teste Catalogo MS. Martinensium Lovanii, & Ioannis Bunderij Ordinis RR. Patrum Prædicatorum Bruxellæ; qui etiam citat quemdam Gentilem ex Ordine, ut putatur, sancti Benedicti: Antonius Daça in Vita Ioannæ de la Cruz, cui Præfationem adscripsit Franciscus de Sosa Episcopus Canariensis, multa doctè & piè differens de Revelationibus sanctarum quatuor Blossianarum, & aliarum. Ignatius de Ibero Abbas S. Theologiae Magister & Qualificator, ut vocant, sacre Inquisitionis, de iisdem solidè disputat. Pro Revelationibus hisce & alijs denuò ex Societate IESU præclari assertores prodierunt, Gonsalez de Albornos & Ludovicus Ferrerius in Propugnatione Revelationum Ioannæ de la Cruz, Melchior à Villa-nova de Oratione mentali, Tract. 4. dans solida documenta circa revelationes veras & falsas, Ludovicus de Ponce in Duce spirituali Tract. 1. cap. 20. 21. 22. 23. & Tract. 3. cap. 8. & in Cantica lib. 3. exhortatione 30. §. 3. & lib. 8. exhortatione 7. §. 3. & 4. & in Vita R. P. Balthasaris Alvarez Confessarij sanctæ Matris Teresie, in via mystica valdè illuminati, cap. 33. & 53. Franciscus etiam Suarez Tom. 2. in 3. partem D. Thomæ disput. 19. sect. 4. Gabriel Vasquez in 3. partem disput. 17. cap. 6. à num. 75. ad 80. Petrus Thyraeus varijs Opusculis de Apparitionibus seu Revelationibus Dei, Angelorum, & animarum humanarum; Maximilianus Sandeus in Theologia mystica lib. 2. in Commentatione de Apparitione mystica; Bernardinus de Villogas in Opere Hispanico de Sponsa Christi, quam instruit per vitam S. Luægardis lib. 5. cap. 22. 23. 24. ubi etiam disputat, cur plures divina Revelationes mulieribus concessæ quàm viris: Bellarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 8. pro Purgatorio desiderij, noto in Revelationibus S. Birgittæ, citat D. Thomam in 4. distinct. 21. art. 1. asserentem, in ijs que de Purgatorio determinata non sunt ab Ecclesia, standum esse ijs que sunt conformia Revelationibus Sanctorum. Hispanicè etiam editus est Petrus Navarrus Ordinis Minorum, scribens Notas Theologicas & Morales in Vitam & Revelationes Ioannæ de la Cruz, & Petrus Ioannes de discernendis Spiritibus. Peculiares tractatus pro Revelationibus sanctæ Gertrudis divulgaverunt Doctores Academiae Complutensis, edente Ioanne de Castanza  
Ordi-

Ordinis sancti Benedicti Madriti : item Parisiensis P. D. R. C. in Tractatu Theologico pro Revelationibus & Insinuationibus sanctæ Gertrudis : item Maurus de Salazar S. Theologiæ Doctor, & Generalis Ordinis ejusdem ; item Petrus de Herrera Ordinis Prædicatorum Cathedralicus Salamanticensis ; item Franciscus de Sancta-MARIA Carmelita excalceatus ; item Doctor illustris Dominicus Bannez ; item Franciscus Suarez & Ioannes de Siguença, uterque ex Societate IESV ; quos, & alios, cum suis sententijs & elogijs citat R. D. Leander de Granada Manrique Abbas Ordinis sancti Benedicti in Discursibus & Scholijs partim Hispanicis, partim Latinis, & inter illos nominans approbatorem Revelationum sanctæ Gertrudis Ludovicum Blossium, ita loquitur : Inter alias personas graves & magnæ auctoritatis est noster Pater Ludovicus Blossius in multis locis Monili spiritualis, quod tanti ab omnibus æstimatur, ob singularem devotionem & fructum ejus. Didacus de Yepes Ordinis S. Hieronymi, Episcopus Turiasonensis ibidem, laudans Revelationes Gertrudianas, affirmat sese ferè omnes memoriâ tenere, & Blossium, in Monili præsertim, ad eò sibi placuisse, ut sæpè totum evolverit : & cum Hispanicè Hispali ederetur, curâsse singula à prælo folia ad se mitti, eaq; Philippo II. Regi Catholico, qui tum morbo ad mortem ultimò decumbebat, tanquam Regium Confessarium legisse, tanto Regis gustu, ut, absente Didaco, per filiam suam Serenissimam Infantem Isabellam relegi sibi curaret. Ad hæc non abs re fuerit vidisse pro Revelationibus Dionysium Carthusianum Sermone 5. de Corpore Christi ; vitam & libros Ioannis à Cruce, quem gravissimi viri vocant plenum sapientiâ ex cælo infusâ illuminante & accendente, unde multa ad Blossij illustrationem adferri possunt ; Constantinum de Barbanson Ordinis S. Francisci Capucinorum, de Amoris divini semitis, in Viâ orationis mentalis ; Aloysium Legionensem in Præfatione Operum S. Matris Tereciæ de IESV, & in Compendio de Gradibus orationis per Thomam à IESV. Franciscum ab Ossuna Ord. Minorum in 3. Abecedario spirituali, quo libro pro Revelationibus velut magistro S. M. Tereciæ utebatur ; ut & Anonymo ejusdem Ord. in lib. de Ascensu in montem Sion.

HLVDO-

HLUDOWICI BLOSII  
 CONCLAVIS  
 ANIMÆ FIDELIS,  
 PARS TERTIA,  
 SIVE  
 CORONA SPIRITVALIS  
 CONTINENS  
 EVANGELICAM HISTORIOLAM  
 VITAE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI:  
 S. PAVLV S.

1. Tim. 1.

Tit. 2.



**F**IDELIS sermo, & omni acceptione dignus, quòd Chri-  
 stus IESVS venit in hunc mundum peccatores se ipsos  
 facere. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri  
 omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes im-  
 pietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, &  
 piè vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem,  
 & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri IESV. Christi: qui  
 dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mun-  
 daret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Semet-  
 ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum fa-  
 ctus,

Finis in  
 carnati-  
 onis. fa-  
 lus &  
 sancti-  
 tas ho-  
 minum

Xx

Corona  
Spiritu  
alis

Rom. 4.

2. Cor. 8.

*Etus, & habitu inventus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopiã nos divites essemus.*

*Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.*

## CAPUT VNICVM.

*Ex quo pius Lector remittitur ad Epitomen Vitæ Christi in Margarito spirituali.*

Luc. 1.

**M**ISSVS est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratiã plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista saluratio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c. †

† Cetera autem puncta & mysteria Evangelica hic abrumpuntur; quia R. D. Blofius in editione suorum Operum secundã, Historiolam istam Evangelicam mutavit & auxit, & convertit in plenam Harmoniam ex quatuor Evangelistis constatam, quam reperire datur in Margarito spirituali, sub titulo Epitomes Vitæ Christi.

AD SIMPLICIOREM  
LECTOREM.

*Quadam notanda in lectione historia Evangelicæ.*

1. Christus Maria Primogenitus & Unigenitus, quem ipsa semper Virgo peperit sine dolore.
2. Christus à primo instanti conceptionis plenus gratiã & sapienciã: in quibus proficere dicitur, quia eas paulatim hominibus manifestavit.
3. Anima eius semper fruebatur Deitate: & tamen abundantiam repressit ne in corpore resisteret quod passibile erat, & pro nobis pati debebat.
4. Acerbitas passionis Dominicæ prorsus intarrabilis.
5. Lectio Evangelij diligenter frequentanda, & cum insigni semper reverentia.
6. Piè imitandum meriti Christi, quibus remissionem, gratiam & salutem nobis obtinuit.

**Q**uisquis simpliciores, dum legis in prædicta Historiola Evangelicã\*, Mariam peperisse IESVM primogenitum suum, non arbitreris ipsam adhuc alios filios postea genuisse. Primogenitus enim ducitur, ante quem nullus est natus, sive post eum adhuc alius, sive nullus nascatur: atque ita primogenitus dicitur etiam ille qui est unigenitus. Indubitanter credere te oportet, Mariam non alium filium genuisse, quàm Iesum. Peperit autem eum in momento, sine dolore, sicut eum sine carnali voluptate conceperat. Imò verò & concepit

cepit & genuit illum perfusa ingenti gaudio inenarrabilique dulcore Spiritus sancti. Porro Christus Iesus conceptus fuit in Nazareth, mox ut Maria dixit Angelo, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Tunc enim Spiritus sanctus repente in eam supervenit, & Filius Dei verus Deus, in ejus castissimo utero factus est homo. Ipsa ergo virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. Dominus Iesus ex clauso virginali ejus utero mirabiliter prodijt, sicut ex clauso sigillatoque sepulchro postea surrexit. Neque te movere debet, quod sanctus Ioseph dicitur pater \* illius: ob id enim sic appellatus est, quia vir Mariæ erat, & paternam curam de puero Iesu gerebat, atque à vulgo putabatur esse pater ejus.

Lucæ I.

\* Ioseph est Christi pater nutritivus.

2. Christu semper plenus fuit gratia & sapientia, sed quia eam paulatim manifesta- vit, profecisse dicitur. Lucæ 2. Ioan. 1. Coloss.

2. quia sapientiam & gratiam suam paulatim, corpore crescente, manifestabat. Proinde quando suscitaturus Lazarum à morte, dixit, Ioan. 11 *Vbi posuisti eum?* non quasi ignorans hoc ab adstantibus percon-

tabatur, sed humano modo se gerebat & loquebatur inter homines.

Ipsa erat anima eius: ideoque anima eius mox ut creata fuit, semper contemplabatur clarissime divinam essentiam, cognoscebatque omnia in Deo, sicut Beati qui in cælo sunt, cognoscunt, imò verò multò excellentiùs. Et quidem Christus secundum Divinitatem erat Sapiencia increata, quæ est Verbum æternum, ipsaque divina essentia. Igitur anima illius secundum superiores vires, seu superiorem portionem suam (quæ Spiritus dicitur) incessanter conversa erat ad Divinitatem, & eam pro objecto habebat, illaque fruebatur. Quæ sanè animæ beatitudo redundasset in corpus, ipsumque reddidisset gloriosum & impassibile, nisi Deus id sacra dispensatione distulisset: interdum tamen hoc permisit, ut patuit in Transfiguratione. Retrahebat ergo & continebat Christus illam beatitudinis redundantiam, ut pro nobis pati, ac mori posset. Itaque secundum corpus & sensitivas vires, inferioremque portionem animæ, sustinebat miseras humanas & dolores gravissimos: cui inferiori

3. Christus in anima semper Deo fruebatur, sed repressit animæ gloriam, ne in corpore redundaret, atque ita passio impediretur.

Matth. 17.

Marc. 9.

XX 2 por-

+ Fuit enim Transfiguratio Christi quædam transfusio gloriæ, ex anima beata in corpus passibile redundans. De qua re, ut de alijs omnibus hoc loco de ductis, & ad incarnationis Domini mysteria cognoscenda deducantur, juvabit Lectorem vidisse quæ Scholastici Doctores, & nominatim R. P. Franciscus Suarez, disputant apud D. Thomam in principio tertiæ Partis, ubi de incarnatione agitur.

portioni Divinitas tempore passionis omnem internæ dulcedinis influentiam subtraxerat, illamque sibi-ipsi reliquerat. Vnde & pius Jesus pendens in cruce clamabat ex parte humanitatis afflictæ, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

4. Certè Christi passio fuit aded omni consolatione destituta, adeoque gravis & acerba, ut ei nulla cujuslibet Sancti passio possit aliqua ex parte æquiparari. Soler enim Dominus suis Martyribus immania tormenta, per infusionem sensibilis gratiæ, temperare: sed ipse Christus volens propter nos passionem suam in vera resignatione atque derelictione perferre, non permisit (ut dictum est) consolationem à superiori portione animæ suæ redundare in portionem inferiorem ac sensualitatem. Ista ideò diximus, ne verba Evangelica perperam intelligas, néve ignores quid sentire debeas de Christo, qui fuit omnis peccati expers, & venit in mundum ut tolleretur peccata mundi.

5. Ceterùm hortamur te, ut libenter & crebrò legas suprâ positam \* Historiolam è verbis quatuor Evangelistarum contextam, in qua breviter quidem describitur Vita benignissimi Salvatoris nostri, plenius tamen habentur ea quæ ipsi Evangelistæ narrant de infantia ac pueritia ejusdem Domini Jesu, & de veneranda ejus passione. Profectò ista tibi melle

dulciora, & cunctis mundi opibus chariora esse debent. Dic igitur lætus cum Propheta: *Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus.* Nam & sanctus † Bernardus de his loquens dicebat: *In æternum non obliviscar miserationes istas, quia in ipsis iustificatus sum.* Quòd si fortè inter legendum nullum aut modicum saporem intrinsecus sentis, nihil inde turberis: sed etiam arido corde ista humiliter & reverenter lege ac relege pro Dei amore & gloria: interim enim mens tua erit honestissimè atque sanctissimè occupata. Et revera, verba Evangelica miræ virtutis sunt, dum ab homine bonæ voluntatis humili mente leguntur, vel audiuntur. Nam si illi, qui olim simbriam vestimenti Domini cum sancta fide tangebant, sanabantur; quomodo sacratissima verba Evangelij piè lecta vel audita non curarent morbos animæ? Amplectere itaque sincero desiderio (ut potes) hunc suaveolentem fasciculum miserationum Domini, ut cum Sponsa carmen istud ex Canticis sancti amoris decantare possis: *Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.*

Impri-  
† D Bernardus Serm. 43. in Cantica, dans praxim super Cant. 1. de Fasciculo myrrhe, quomodo anima devota debet piè & continè percurrere omnes actiones & passiones Christi, à cunis usque ad crucem, dicit sese non posse oblivisci tantas & tam multas miserationes, quia in illis vivificatus est: alij legunt *iustificatus est.*

Marc. 15  
Matth.  
27.  
Psal. 21.

4.  
Quanta  
acerbitate  
passionis  
Domini-  
ca, ex  
subtra-  
ctione a  
omni con-  
solatio-  
nis,

5.  
Crebra le-  
ctio Eva-  
gelij com-  
médatur;  
etiã cum  
gustum a-  
bet, quia  
semper  
adepti fru-  
ctus.

\* Vele-  
pitomè  
Vita  
Christi.

Corona  
Spicie

112. 69.

Matth.  
9. 29.  
Marc.  
Luc.

Cant.

6.  
Amor  
Christi  
pro nobis  
passi cum  
fiducia  
erga vul-  
nera &  
merita  
illius.

Imprime cordi tuo & menti tuæ amabilem Jesu humanitatem Divinitate plenam. O quàm præclarus liber est Christus pendens in cruce! in eo enim mirabiliter supernaturaliterque perfectis animabus relucet, quidquid ad contemplationis celsitudinem pertinet. Quinque Vulnera Christi beatissima, omnis gratiæ omnisque consolationis fontes sunt: & plus pulchritudinis, lætitiæ atque claritatis toti cælesti Curia conferunt, quàm omnia alia quæ in vita perenni (excepta Divinitate) habentur. Dilige Jesum, qui te dilexit & diligit immenso amore: gratias age illi quâ potes devotione: amplectere salutarem ejus doctrinam, ac pro modulo tuo sanctas virtutes illius imitare. Et quando ex fragilitate humana peccatum admittis, non nimium deijciaris animo; sed cul-

pam humiliter agnoscens, crede Iesum velle tibi veniam dare, libenterque ignoscere: quem admodum beatus Ioannes restatur, dicens: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Ac rursum, *Si quis, inquit, peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Fideliter memineris, quare ille venerit in mundum, & quàm pius, clemens, benignus, misericors, ac salutis hominum amans sit: ita enim nunquam de salute tua desperabis. Perseveranter ei per veram fidem charitatemque adhære, & vitam æternâ obtinebis. Quam nobis omnibus ipse concedat, qui est benedictus in sæcula, Amen.

1. Ioh. 1. & 2.



XX 3

HLV-



HLUDOWICI BLOSI  
CONCLAVIS  
ANIMÆ FIDELIS

PARS QUARTA.

SIVE

SCRINIOLVM  
SPIRITVALE,

IN QVO

QVILIBET CHRISTIANVS IN-  
VENIRE POTERIT

EXERCITIA SIBI MVLTVM  
ACCOMMODA.

- I. Brevis commemoratio Vitæ CHRISTI, in xxix. articulos partitæ.
- II. Doxologiæ xii. seu gratiarum actiones in Vitam & Passionem CHRISTI.
- III. Precationes admodum piæ & utiles.
- IV. Sertum B. Virginis MARIÆ quinquepartitum, Vitâ & gestis IESV CHRISTI pulchrè exornatum.
- V. Alia Orationum Exercitiola, non contemnenda neque parvipendenda.
- VI. Brevis & absoluta, multumque salutaris doctrina.
- VII. Epistola D. HLudovici Blofij.
- VIII. Aliquot dicta D. Henrici Susonis,

PRÆ-



## PRÆFATIO.

1.  
Frequen-  
ter oran-  
dum, etiã  
ex Exer-  
citijs Ser-  
nicii.



VI desiderat proficere in veris virtutibus, ac placere Deo, frequenter orare debet, si otium ei suppetit. Nam diligens orandi studium invehit in animam quidquid ei utile ac salutare est. Ad quam rem poterunt parvulis vel imperfectis usui esse pia Exercitia hinc conscripta.

Scrinio  
lum Spi-  
rituale

2.  
Oratio  
Dominica  
com-  
mendatur  
& salu-  
tatio An-  
gelica.

Quia verò nulla oratio dignior aut perfectior est Precatione Dominica, eam Christianus homo unice charam habeat, itemque Salutationem Angelicam. Purè amet religiosèque veneretur virginem Mariam, Dei & omnis gratiæ Matrem dulcissimam.

Quamvis autem interim, dum orat vel Deum laudat, non possit forte levare animam suam ad illum, nisi infirmè, frigide, instabiliter & obscure; levet nihilominus eam humiliter, sicut ipse Dominus gratiam ac vires largiri dignatur. Si enim bona voluntate præditus fuerit, & fecerit quod in se est, omninò gratus erit Deo. Etiam si ad honorem & laudem Dei simpliciter tantum verba sancta in libello legerit, non poterit non eximum fructum ex hujusmodi lectione referre.

3.  
Etiã  
perfecte  
orantes  
amat Us-  
us, ubi vi-  
det bonã  
volunta-  
tem.

Sed necesse est, ut perseveret in pijs petitionibus, & longanimis atque resignatus sit, committens Deo quid, quantum & quando ipse sibi oranti concedere velit. Nam sæpè Deus utiliter admodum differt dare quod petitur, vel etiam in hac vita illud non donat: semper tamen præstat quod expedit saluti ejus qui humiliter orat. Ceterum in aeterna

4.  
Perseve-  
randum  
amen, us  
Dei po-  
tentes ex-  
audiat.

vita cumulatisimè adimplebit omnes convenientes petitiones, omniaq; desideria electorum suorum.

BRE

## I.

BREVIS COMMEMORATIO  
VITÆ CHRISTI  
IN XXIX. ARTICULOS  
PARTITÆ.

## ARTICVLVS I.

*Christi  
incarna-  
tio, con-  
ceptio, ge-  
statio in  
utero.*

**D**ULCIS IESVS, filius  
Dei vivi, Deus altis-  
simus, creator cæli &  
terræ, propter nimi-  
am charitatem quâ me  
dilexit, voluit de Spiritu sancto  
concipi & incarnari in castissimo  
beatæ Mariæ Virginis utero; in  
quo etiam novem mensibus ha-  
bitavit. Deus meus semetipsum  
exinanivit, & formam servi acci-  
piens, factus est frater meus, ut me  
ad cæleste regnum suum reduce-  
ret. O pietas ineffabilis, & be-  
neficium inæstimabile! Quid  
retribuam Domino meo? Offero  
& resigno me totum in ejus bene-  
placitum. Ipsi laus, honor & glo-  
ria in sæcula, Amen.

*Nativi-  
tas in pas-  
pere sta-  
bulo.*

## Articulus II.

Dulcis IESUS, Rex gloriæ, cau-  
sâ salutis meæ natus est tener in-  
fantulus in abjecto stabulo, sæ-  
vientie hyemis asperitate: invo-  
lutus est panniculis, reclinatus est  
in præsepio jumentorum, jacuit  
super fœnum & stipulas, lactatus  
est uberibus pauperulæ matris.  
Tantam egestatem subiit pro me  
Filius Dei. Ipsi laus, honor &  
gloria in sæcula, Amen.

## Articulus III.

Dulcis Iesus octavo à nativita-  
te sua die circumcisus est, Virgine  
Matre illi intimè condolente.  
Circumcisus est, & purissimum  
Sanguinem suum fudit pro me  
vilissimo: vocarique voluit Ie-  
sus (id est, Salvator) ad conso-  
lationem meam. Deinde Gen-  
tibus revelatus est, quando Magi  
ad ipsum puerulum adorandum  
stellâ duce venerunt in Bethleem,  
& cum gaudio ac reverentia mu-  
nera ei obtulerunt, aurum, thus,  
& myrrham. Ipsi laus, honor &  
gloria in sæcula, Amen.

## Articulus IV.

Dulcis Iesus præsentatus est in  
templo, atque hostiâ pauperum  
fuit redemptus. Fugit in Ægy-  
ptum, ibique paupertatis incom-  
moda cum Maria & Ioseph susti-  
nuit. Eisdem Mariæ & Ioseph  
subditus fuit atque obedivit.  
In sacra infantia, pueritia,  
& adolescentia sua plurimas ne-  
cessitates tribulationesque per-  
pessus est pro salute mea. Ipsi  
laus, honor & gloria, in sæcula,  
Amen.

## Articulus V.

Dulcis Iesus, cum esset fere tri-  
ginta annorum, humiliter susce-  
pit Baptismû à servo suo Ioann-  
e Iunaviv quadraginta diebus &  
quadraginta noctibus, habitans  
cum feris in deserto. Conditor  
orbis, Rex Angelorum, Deus  
omnipotens, non dedignatus est  
tentari à diabolo propter me.  
Ipsi

Scriniolum Spirit. Tentatio  
Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus VI.

*Labores. Vigilia. Prædicationis. Miracula.*  
Dulcis Jesus pro salute meam iteribus, vigiliis, laboribusque fatigatus est. Prædicavit, miracula edidit, beneficia impendit. Famem, sitim, frigus & æstum pertulit. Innumeras ærumnas, innumerasque persecutiones, triginta tribus annis mitissimo corde toleravit, ac tandem venit Jerusalem, ut moreretur pro me. Ipsi laus, & gloria in sæcula, Amen.

Articulus VII.

*Latro pendum in Gana.*  
Dulcis Jesus, Rex regum, & Dominus summæ majestatis, præcinxit se linteo, misitque aquam in pelviam: ac positus genibus, humiliter lavit pedes discipulorum suorum, eosque linteo extersit. O quale exemplum mihi dedit Dominus Deus meus! Ipsi laus, honor, & gloria in sæcula, Amen.

Articulus VIII.

*Eucharistia in Tentatio.*  
Dulcis Jesus, ex immenso amore quo nos tenerrimè diligit, venerabile Sacramentum Eucharistiæ instituit, seipsum in illo stupenda liberalitate suavissimaque charitate nobis donans atque relinquens. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus IX.

*Agonia in hortu.*  
Dulcis Jesus in hortu Oliveti perveniens, cepit pavere ac mœstus esse: aded ut diceret: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Flexit humiliter genua super terram, & procidens in faciem suam, oravit Patrem tertio. Iple propter me summè afflictus, plenissimè se Patri resignavit, dicens: *Pater, non mea sed tua voluntas fiat.* Præ vehementia angustiarum, quibus mitissimum cor ejus premebatur, sudavit toto corpore sudorem sanguineum, ita ut guttæ decurrerent in terram. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus X.

Dulcis Jesus, summo desiderio me redimendi & pro me patiendi ardens, processit obviam inimicis suis, benignissimeque eos allocutus est. Non recusavit à Juda proditore osculum accipere, atque ab impiis hominibus ignominiosè tanquam latro comprehendi ligarique, ut ego à vinculis peccatorum meorum absolverer. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus XI.

Dulcis Jesus, vincus ut malefactor, adductus est cum opprobrio ad domum Annæ, indeque ad domum Caiphæ Pontificis. Benignus & suavissimus Dominus traheretur, propellebatur, tundebatur, & blasphemabatur à satellitibus diaboli; sed omnia illa gravia atque indigna, amore mei patientissimè tolerabat. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus XII.

Dulcis Jesus, Dominus dominantium, diram & atrocem alampam sibi à servo Pontificis iniqui.

Scriniolum Spirit.

Sudor sanguineus.

Occursus ad inimicos in hereto.

Osculum Iuda.

Captivitas.

Trahitur ad Annam & Caipham.

Alapa.

Scriniolum Spirit.

Patientia infabilis.

Accusatio apud Caiphā. Sputa. Colaphi.

Mausuetudo.

Opprobria.

Coram Pilato silentium

Iluso ab Herode.

quissimè datam, modestissimè pro salute mea petulit. Et quomodo ego posthac non vicissim pro illius amore patienter feram injurias mihi irrogatas? Peto, opto, desidero, gratiā ejus roborari atque confirmari. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XIII.*

Dulcis Jesus in domo Caiphæ falsò acculatus est, injustè condemnatus est, foedè consputus est, horribilesque colaphos & alapas accepit. Ludibriosè velatus est, cædentibus eum impiis, & subfannando dicentibus, *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Ah! Regia illa & amabilis ejus facies, putentibus sputis pro me foedata est. Ipse Agnus mitissimus intereà cõquestus nõ est; sed patientiam docens, obmutuit & non aperuit os suum. Convitia, contumelias, opprobria & qualibet injurias in silentio toleravit propter me. O! quàm malè & indignè nocte illa tractatus fuit! Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XIV.*

Dulcis Jesus, Sanctus sanctorum, & Rex Angelorum, consputus ac vinctus, manè ductus ad Pilatum, & coram eo vultu benigno oculisque demissis stetit. Cumque falsò à Judæis accusaretur, humiliter tacuit, nihil respondens. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XV.*

Dulcis Jesus ligatus ut latro,

missus est à Pilato ad Herodem. Qui videns eum ad vanas suas interrogationes & ad falsas Judæorum accusationes silentem, sprexit illum, ac veste alba ridiculaque tanquam fatuum induit, atque ita ad Pilatum remisit. Amabilis Dominus pro voluntate inimicorum suorum progrediebatur sine contradictione, permittens ut in se facerent quidquid volebant. O quàm humilis obedientia & patientia Regis æterni! Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XVI.*

Dulcis Jesus in prætorio probrosè nudatus est, ad columnam inclementer nudatus est, flagra crudelissimè dilaceratus est pro me. Virginea delicataque caro ejus tota livoribus ac plagis deformata fuit, & ex ea rivuli pietiosus Sanguinis undique decurrerunt in terram. O quàm acerbi dolores, & quàm miserandum spectaculum. Verè, ille vulneratus est propter iniquitates meas, attritus est propter scelera mea, & livore ejus sanatus sum. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XVII.*

Dulcis Jesus chlamyde cocinea ad majus opprobrium vestitus fuit. Corona spinea venerando capiti ejus impressa est: sicque capite graviter sauciato, purissimus Sanguis in amabilem faciem collumque illius uberrimè defluxit. Posita fuit arundo in manu ejus: & ipse nugatoriè salutaris

ado.

*Scriniolum Spirituale.*  
*Ave Rex.*  
 adoratusque est ab iniquis eum irridentibus atque dicentibus, *Ave Rex Judeorum.* Percussus fuit arundine, consputus est, & diras alapas accepit propter me. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XVIII.*

*Ecce homo.*  
*Crucifige.*  
*Speculio doloris ad movendam amoris passionem.*  
 Dulcis Iesus foras à Pilato productus fuit, & furentibus ludæis exhibitus est, gestans coronam spineam, purpureumque vestimentum. At illi magnis vocibus perierunt ut crucifigeretur. Caput spinis oblitum, facies cruore tincta & consputa, corpus flagris cõscissum, humilis ac placidus aspectus Domini JESU non emollierunt eos ad miserationem: utinam: moveant me ad intimam compassionem & ardentem ejus dilectionem! Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XIX.*

*Voluntati ludæorum traditus.*  
*Oestatio crucis.*  
*Iter Calvarie.*  
*Pondus crucis: imo peccatorum.*  
 Dulcis Iesus, morti à Pilato adjudicatus, & voluntati ludæorum traditus est. Mox ergo eum illi rapuerunt, & trabe crucis oneratum extra civitatem pertraxerunt. Suavis Dominus laceris humeris crucem bajulans propellebatur, cædebatur, & ut acceleraret trahebatur. Amabilis Redemptor factus opprobrium hominum, & abjectio plebis, humiliter gradiebatur pergebatque ad Calvarie locum. O! quantum eum gravabat & affligebat pondus crucis, magis verò pondus peccatorum meorum! Sed ille causa salutis meæ omnem labo-

rem & dolorem, omnemque confusionem libenter tolerabat. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XX.*

Dulcis Iesus in montem Calvarie fessus & anhelus perveniens, oblatum sibi vinum myrratum cum felle mistum gustare nõ recusavit, ut hac potus amaritudine expiaret culpas, quas ego incontinenter edendo ac bibendo contraxi. O! qualis refectio Domini mei! Ipsi laus, honor & gloria, in sæcula, Amen.

*Articulus XXI.*

Dulcis Iesus in loco Calvarie dedecorose nudatus est, & ex vestimentorum detractioe plagæ ejus renovatæ fuerunt. Mitis & innocens agnus Dei, inclementer à sævis hominibus in cruce extensus fuit. Delicatæ manus & incontaminati pedes ejus diris clavis crudeliter perforati sunt. Compages sanctissimorum membrorum illius miserabiliter solutæ fuerunt. Purpureus sanguis è Vulneribus sacris velut è fontibus largiter profluxit. O! quam durum habuit lectum sponfus animæ meæ extensus in cruce, crucique affixus pro me! Ipsi laus, honor & gloria, in sæcula, Amen.

*Articulus XXII.*

Dulcis Iesus pendens nudus in ignominioso stipite crucis, pendens medius inter duos latrones, transfixis manibus ac pedibus, pretiosissimum cruorem fudit, amarissimosque dolores sustinuit

Y y 2 pro me.

*Scriniolum Spirituale.*

*Monte Calvarie. Vinum felleum.*

*Denudatio.*

*Extensio in cruce. Terebratio. Fontes sanguinis.*

*Lectus sponfus.*

*Crucifixus inter latrones.*

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

Probra  
& blas-  
phemia.

Oratio  
pro hosti-  
bus.

Paniten-  
tia latro-  
nis.

Gladius  
matri.

Ioannis  
legatum.

Crucia-  
tum trium  
horarum.

Mars.

Descen-  
sus in  
Limbum

Patribus  
in Limbo  
donatum  
lumen  
gloria.

pro me. Subannabatur, blasphemisq̄ impetebatur: sed interim orabat pro blasphemantibus, orabat pro crucifixoribus suis, dicens: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXIII.*

Dulcis Jesus, contemptus & vulneratus pendens in cruce latroni pœnitenti paradysum benignè promisit. Virgineæ matri juxta crucem adstanti, & doloris gladio penetratæ, intimè compassus est, ipsamq̄ discipulo Joanni commendavit, & eidem Joanni ac nobis omnibus illam donavit in matrem. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXIV.*

Dulcis Jesus cùm immensos cruciatus tribus horis in cruce pro me tolerasset, ac sacrosancto sanguine suo fuso vehementissimè sitiret, aceto potatus est. Quo gustato, ipse vivificator omnium commendans se Patri, & caput venerandum inclinans, emisit spiritum. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXV.*

Dulcis Jesus mox ut in cruce mortuus fuit, descendit secundum animam ex summa charitate ad inferos, & Patres in limbo detentos liberavit. Illi enim, ad adventum animæ ejus, statim lumine gloriæ completi sunt, & viderunt beatissimam Trinitatem,

viderunt clarè divinam essentiam. Atque hæc erat spiritalis paradysus, de qua Dominus dixerat latroni, *Hodie mecum eris in paradiso.* Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXVI.*

Dulcis Jesus pastor bonus posuit animam suam pro ovibus suis. Et dextrum latus emortui corporis ejus lancea fuit apertum, unde nobis profluxit sanguis & aqua. Amorosum cor illius vulneratum est pro me. Utinam hoc cor suavissimum, hoc amœnum beatitudinis gazophylacium, sit mihi in morte salus & solatium! ut post mortem uniar Jesu, & eum contempler in æternum. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXVII.*

Dulcis Jesus mortuus est pro me. Cujus corpus immaculatum cùm de Cruce depositum esset, beatissima Mater ipsius in gremium suum excepit, osculata est, lacrymis rigavit. Deinde Ioseph & Nicodemus involverunt illud in sindone munda, atque condiderunt in sepulchro. Jesus ergo immarcescibilis flos dignitatis humanæ, sepultus est propter me. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

*Articulus XXVIII.*

Dulcis Jesus, victor è clauso sigillatoque sepulchro tertia die prodiens, nobili triumpho resurrexit à mortuis: & claritate serenissimi vultus sui reddita, primò

Scriniolum Spirituale.  
Apparet Mari, Magdalenæ, Discipulo.

primò charissimam matrem suam virginem Mariam, deinde Mariam Magdalenam, ac ceteros amicos suos novo exhilaravit gaudio. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

Articulus XXIX.

Ascensio Spiritus sanctus. Sessio ad dexteram Patris. Adventus ad iudicium.

Dulcis Jesus quadragesimo post resurrectionem suam die, coram discipulis, ineffabili lætitia perfusus, gloriosè ascendit in cælum; & postea misit eis Spiritum sanctum. Sedet jam in cælo ad dexteram Patris, & inde venturus est in Majestate sua iudicare vivos & mortuos. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula, Amen.

I I.

DOXOLOGIA XII.

S E U

GRATIARUM ACTIONES

I N

VITAM ET PASSIONEM

CHRISTI.

DOXOLOGIA I.

Incar-natio & coe-pitio.



**A**DORO, laudo, glorificote, tibi que gratias ago, ô Fili Dei vivi, Jesu dulcissime: qui ex purissimo atq; ardentissimo mei amore carnem

humanam & servilem formam assumpsisti. O admiranda & suavivis misericordia! Tu Deus meus factus es frater meus, ut me redimeres, & ad lucidissimum regnū tuum reduceres. Tu Deus meus propter me factus es homo, factus es parvulus pusio, & novem mensibus requievisti in castissimo beatæ Mariæ V. utero. Suavis Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentiae meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam, & spiritum bonum. Da ut pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

Scriniolum Spirituale.

DOXOLOGIA II.

**A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, ô Fili Dei vivi, Iesu dulcissime: qui dignatus es propter me tener infantulus in stabulo nasci, frigiditatis asperitatem tolerare, panniculis involvi, in præsepio reclinari, super foenum & stipulas jacere, virgineis que uberibus lactari. Dignatus es pauper & egenus fieri, ut me divitem faceres. Ecce procido in spiritu ante sanctum tuū præsepium, & rursus te adoro Dominum meum Regem Angelorum. Ave puer amabilis, Deus

Nativitas in stabulo.

Y y 3

excel-



Scrini-  
lum Spi-  
rituale.

excelsæ, Iesu suavissime: ave Prin-  
ceps pacis, lux gentium, Salva-  
tor desiderabilis. Suavis Iesu, re-  
cordare, quæso, pietatis & chari-  
tatis tuæ; recordare magnæ in-  
digentiæ meæ, & miserere mei.  
Sanctifica per dignissima membra  
tua, omnia membra mea. Da mi-  
hi plenam peccatorum veniam, &  
spiritum bonū. Da ut pro modu-  
lo meo imiter tuam humilitatem,  
resignationem, patientiam, cha-  
ritatem, & ceteras amabiles vir-  
tutes tuas. Fac ut tibi placeam.  
Sit nomen tuum, & nomen Ma-  
tris tuæ, benedictum in sæcula,  
Amen.

## DOXOLOGIA III.

Circum-  
cisio.

Appari-  
tio tribus  
Magis fa-  
cta.

Præsen-  
tatio.

Simon  
& An-  
na.

Fuga in  
Ægyptum  
Subiectio  
ad paren-  
tes.

**A**DORO, laudo, & glorifico  
te, tibi que gratias ago, ô  
Fili DEI vivi, JESU dul-  
cissime; qui octavo à nativitate  
tua die circumcisus es, & fudisti  
purissimum Sanguinem tuum  
propter me. Deinde Gentibus  
revelatus es, quando Magi itella  
duce te perquisierunt, & ingenti  
gaudio perfusi venerunt in Beth-  
leem, ibique te inventum ado-  
raverunt, ac munera tibi obtulerunt.  
Postea in templo præsen-  
tatus, atque hostia pauperum re-  
demptus fuisti, ubi iustus Simeon  
& Anna prophetissa multum de  
tua præsentia lætati sunt. Exin-  
de fugisti, & deportatus es in  
Ægyptum, ac paupertatis incom-  
moda sustinisti. Humiliter te  
submisisti Mariæ & Ioseph, eis-  
que promptè obedivisti, cum es-

ses Rex regum & Deus omnipo-  
tens. Suavis Iesu, recordare, quæ-  
so, pietatis & charitatis tuæ; re-  
cordare magnæ indigentia meæ,  
& miserere mei. Sanctifica per di-  
gnissima membra tua omnia me-  
bra mea. Da mihi plenam pecca-  
torum veniam, & spiritum bonum.  
Da ut pro modulo meo imi-  
ter tuam humilitatem, resigna-  
tionem, patientiam, charitatem,  
& ceteras amabiles virtutes tuas.  
Fac ut tibi placeam. Sit nomen  
tuum, & nomen Matris tuæ, be-  
nedictum in sæcula, Amen.

Scrini-  
lum Spi-  
rituale.

Bap-  
tisma in  
Iordani

Ieiunium  
in deserto.

Tentatio  
à diabolo.

## DOXOLOGIA IV.

**A**DORO, laudo, & glorifico te,  
tibi que gratias ago, ô Fili  
Dei vivi, Iesu dulcissime: qui, ut  
excellenter doceres virtutem  
sanctæ humilitatis perrexisti ad  
ad servum tuum Ioannem, bap-  
tisma pœnitentiæ peccatoribus  
conferentem. Voluisti ab eo bap-  
tizari in Iordanis flumine tu qui  
nullam unquam peccati macu-  
lam contraxisti. Post baptismum  
ieiunasti quadraginta diebus &  
quadraginta noctibus, habitans  
cum feris in deserto. Non de-  
dignatus es tentari à diabolo  
causâ salutis meæ. Suavis Iesu,  
recordare, quæso, pietatis & cha-  
ritatis tuæ; recordare magnæ  
indigentia meæ, & miserere mei.  
Sanctifica per dignissima mem-  
bra tua, omnia membra mea. Da  
mihi plenam peccatorum veniam  
& spiritum bonum. Da ut pro  
mo-

Scriniolum Spirituale.

modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac vt tibi placeam, Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula Amen.

## DOXOLOGIA V.

Prædicationis Evangelii. Miracula.

Labores & arum 19.

**A**DORO, laudo, & glorifico te tibi que gratias ago, ô Fili Dei viui, Iesu dulcissime: qui regnum cælorum annuntiando infirmos curando, mortuos suscitando, innumera que signa patiendo, suauiter cum hominibus conuersatus es, & consolationem misericorditer eis præstitisti. Tu propter me labores, ærumnas, & persecutiones varias triginta tribus annis mitissimo corde tolerasti. Verbo & exemplo me plenissime docuisti, quomodo iuste sancte que viuere debeam. Suauis Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentia meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam & spiritum bonum. Da vt pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac vt tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

## DOXOLOGIA VI.

Scriniolum Spirituale.

**A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, ô Fili Dei viui, Iesu dulcissime: qui positus genibus pedes discipulorum tuorum homiliter lauisti, eos que linteo, quo eras præcinctus, extersisti: ac deinde suauissimam atque inenarrabili charitate venerabile Sacramentum Eucharistia instituisti, te ipsum in illo nobis relinquens. O admirabile mysterium! Verè, si quis, opitulante gratia tua, aliquatenus pro modulo fragilitatis humanæ peruestigaret intellectu, ex quanto amore hoc opus stupendum feceris, omnino cor illius liquefceret, & conflagraret dilectionis incendio. Suauis Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentia meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam & spiritum bonum. Da vt pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac vt tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

Lauas pedes Apostolorum.

Eucharistiam instituit.

Pignus summi amoris.

## DOXOLOGIA VII.

**A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, ô Fili Dei viui, Iesu dulcissime: qui non  
recu-

*Serinio* recusasti pro me maxima tristitia  
*lum Spi-* affici, sudore sanguineo præ  
*rituale.* angustiiis suffundi, irreveren-  
*Agoni-* ter ab impiis comprehendi, ig-  
*z at in* nominiösè ut malefactor & latro  
*horto,* ligari, sicque ligatus ad Pontifi-  
*Sangu-* cem duci, injustè damnari, spu-  
*nem su-* tis turpiter fœdari, colaphis &  
*dat.* alapis inhumaniter cædi, ludi-  
*Compre-* briösè velari, vexari, subsan-  
*benditur* nari, blasphemarique; coram  
*Pilato &* Pilato Præside profano sisti, &  
*Herodi-* ibi falsò accusari; inde ad He-  
*sistitur.* rodem pertrahi, & ab eo sper-  
 ni, stultus haberi, albaque &  
 ridicula veste indui. O quàm du-  
 ra atque indigna fuerunt ista,  
 quæ tu Rex gloriæ pro me mitif-  
 simè & sine murmure pertulisti,  
 Suavis Iesu, recordare, quæso,  
 pietatis & charitatis tuæ; recor-  
 dare magnæ indigentiaë meæ, &  
 miserere mei. Sanctifica per di-  
 gnissima membra tua, omnia  
 membra mea. Da mihi plenam  
 peccatorum veniam, & spiritum  
 bonum. Da ut pro modulo meo  
 imiter tuam humilitatem, resi-  
 gnationem, patientiam, charita-  
 tem, & ceteras amabiles virtu-  
 tes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit  
 nomen tuum, & nomen Matris  
 tuæ, benedictum in sæcula, A-  
 men.

DOXOLOGIA VIII.

**A**DORO, laudo, & glorifico  
 te, tibi que gratias ago, ô Fi-  
 li Dei vivi, Iesu dulcissime: qui  
 voluisti pro me in prætorio de-

decorosè nudari, ad columnam  
 inclementer ligari, flagris cru-  
 delissimè conscindi, proprio san-  
 guine largiter perfundi, chlamy-  
 de coccinea illusoriè vestiri, a-  
 cutis spinis cruciabiliter corona-  
 ri vulnerarique, ab iniquis con-  
 temptibiliter illudi, arundine  
 ferociter percuti, putentibus spu-  
 tis indecenter aspergi, & alapis  
 atrociter cædi. Suavis IESU,  
 recordare, quæso, pietatis &  
 charitatis tuæ: recordare ma-  
 gnæ indigentiaë meæ, & mise-  
 rere mei. Sanctifica per dignissi-  
 ma membra tua, omnia membra  
 mea. Da mihi plenam peccato-  
 rum veniam, & spiritum bonum.  
 Da ut pro modulo meo imiter  
 tuam humilitatem, resignatio-  
 nem, patientiam, charitatem, &  
 ceteras amabiles virtutes tuas. Fac  
 ut tibi placeam. Sit nomen tuum,  
 & nomen Matris tuæ, benedi-  
 ctum in sæcula, Amen.

DOXOLOGIA IX.

**A**DORO, laudo, & glorifico  
 te, tibi que gratias ago, ô Fi-  
 li Dei vivi, Iesu dulcissime: qui  
 dignatus es pro me morti adjudi-  
 cari, voluntati que Iudæorum  
 tradi: dignatus es grandi trabe  
 crucis grauitè onerari, & per-  
 gendo ad Calvariaë locum into-  
 lerabiliter affligi; manus & pe-  
 des diris clavis perterebrari, cru-  
 ci que affigi; tribus horis acer-  
 bissimos dolores in ligno cru-  
 cis perpeti, acerrima siti crucia-  
 ri, fel-

Scrinio-  
lum Spi-  
rituale.  
Aceto &  
felle po-  
satur.

ri, felleque & aceto potari, ac tandem, precioso Sanguine prorsus effuso, mori. Sic me redemisti, o amabilis Jesu, sic debita mea dissolvisti, & peccata expiasti, ex amore purissimo. Suavis Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentiaë meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam, & spiritum bonum. Da ut pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

## DOXOLOGIA X.

Passionis  
& mortis  
amaritudo.

Irridetur  
&  
tacet.

**A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, o Fili Dei vivi, Iesu dulcissime: qui pro me passionem amarissimam & mortem ignominiosissimam pertulisti. O! quantam dilectionis dulcedinem, quantam virtutum lucem in ipsa passione tua mihi demonstrasti! Cum despicereris, iridereris, maledicereris, sævissimeque tractareris & crucifigereris, tu mitis atque innocens Agnus Dei non aperiebas ostium ad conquerendum, sed omnia tranquillo animo ferens, orabas Patrem pro illis ipsis, qui te persequerentur, tormentisque affliciebant. Suavis

Scrinio-  
lum Spi-  
rituale.

Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentiaë meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam, & spiritum bonum. Da ut pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

## DOXOLOGIA XI.

**A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, o Fili Dei vivi, Iesu dulcissime: qui voluisti corpus tuum sanctissimum lassari, affligi, vulnerari, mori, & sepeliri pro salute mea. Ego illi honorem exhibeo, qua possum devotione. Ave corpus Redemptoris mei purissimum, ave templum Divinitatis venerandum, salvare delicata membra Domini mei, propter me variis laboribus & tormentis attrita. Suavis JESU, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentiaë meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Da mihi plenam peccatorum veniam, & spiritum bonum. Da ut pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras ama-

Sepeli-  
turo.

Corpus  
sanctum  
& vene-  
rabilis sa-  
lutaris.

Z z

bi-

*Serino-  
tum Spi-  
rituale.* biles virtutes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

## DOXOLOGIA XII.

*Quinque  
vulnera.* **A**DORO, laudo, & glorifico te, tibi que gratias ago, ó Fili Dei vivi, Iesu dulcissime: pro beatissimis illis quinque Vulneribus, quæ in glorioso corpore tuo retinere voluisti. Ego illa humiliter veneror, ut possim. Avere fulgentes & mellifluæ plagæ Regis mei, avere præclara sigilla salutis meæ, salve totius beatitudinis gazophylacium, cor Amatoris mei suavissimum, pro me vulneratum. Suavis Iesu, recordare, quæso, pietatis & charitatis tuæ; recordare magnæ indigentiae meæ, & miserere mei. Sanctifica per dignissima membra tua, omnia membra mea. Reconde me in ipsis roseis Vulneribus tuis, ibique animam meam tui amore inebria. Da mihi plenam peccatorum veniam, & spiritum bonum. Da ut pro modulo meo imiter tuam humilitatem, resignationem, patientiam, charitatem, & ceteras amabiles virtutes tuas. Fac ut tibi placeam. Sit nomen tuum, & nomen Matris tuæ, benedictum in sæcula, Amen.

*Saluta  
figilla.*

*Cor gazophylacium gratia.*

III.  
PRECA TIONES

ADMODUM PIÆ ET UTILES.

Oratio ad IESUM.

**O** Benignissime Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, Fili Virginis Mariæ, miserere mei peccatoris vilissimi. Nô sum dignus quem terra sustineat, cû te gravissimè offenderim. Pauper sum, & infirmus, & miser, & immundus. Eheu! quàm multa & magna sunt scelera mea! Opera verò mea quàm exigua sunt, & imperfecta! Quàm longè absum à sanctitate & fidelitate quam tibi debeo! Sed tu, pie Redemptor, responde, satis fac, & supple pro me plenissimè: quia ad hoc venisti in mundum, ad hoc incarnari, pati & mori dignatus es. Pretioso Sanguine tuo ablue me, & ab omni peccato emunda. Amara passione ac morte tua mortifica in me omnia vitia, & aufer à me quidquid tibi displicet. Totam vitam meam deperditam & malam inolve pura sindone sanctissimæ vitæ tuæ, atque in opem animam meam exorna meritis ac virtutibus tuis. Propter bonitatem tuam largire mihi cor secundum cor tuum, & accende me tui dilectione, ut vicem amoris tibi rependam pro tua grata voluntate, Amen.

*Confite  
pauca  
tam.*

*Dignus  
non  
est  
peccator  
peccator  
peccator.*

Pra-

Scrinio:  
lumSpi-  
rituale.

*Præcellentiſſima oblatio ad  
Deum PATREM.*

Oblatio  
vita &  
merito-  
rumChri-  
ſti pro de-  
ſectibus  
peccatorum.

**P**ATER cæleſtis, Pater clemen-  
tiſſime, propitiuſſe mihi  
peccatori miſerrimo, & redde me  
tibi placentem per unigenitum  
Filium tuum Jeſum Chriſtū. Ego  
in plenam emendationem, expia-  
tionem atque ſatiſfactionem pro  
omnibus peccatis, exceſſibus ac  
negligentiis meis, & pro peccatis  
totius mundi, & in perfectam ſup-  
pletionem meritorum quæ mihi  
deſunt, offero tibi eundem di-  
lectum Filium tuum, in unione  
illius charitatis quæ tu eum miſi-  
ſti in mundum: offero omnia  
quæ ipſe pro nobis fecit ac pertu-  
lit: offero ſanctiſſimam Incarna-  
tionem, vitam, labores, ærum-  
nas, paſſionem, cruciatuſſe, San-  
guinem & mortem illius: offero  
virtutes ejus perfectiſſimas, &  
virtutes ac merita beatæ Mariæ V.  
atque omnium Sanctorum tuorum.  
Sulcipe, obſecro, hanc oblatio-  
nem in odorem ſuavitatis & lau-  
dem æternam, pro mea omnium-  
que ſalute, Amen.

*Eadem oblatio, uni vel pluribus vi-  
vis aut deſunctis ſpeciali-  
ter applicata.*

Item pro  
proximo  
vivo vel  
deſuncto.

**P**ATER cæleſtis, Pater clemen-  
tiſſime, propitiuſſe mihi  
peccatori miſerrimo, & redde me  
tibi placentem per unigenitum  
Filium tuum Jeſum Chriſtum. E-

go in plenam emendationem, ex-  
piationem atque ſatiſfactionem  
pro omnibus peccatis ac negli-  
gentiis illius [ vel illorum ] &  
in perfectam ſuppletionem meri-  
torum, duæ ei [ vel eis ] de-  
ſunt ] offero tibi eundem dile-  
ctum Filium tuum, in unione il-  
lius charitatis, qua tu eum miſi-  
ſti in mundum: offero omnia  
quæ ipſe pro nobis fecit ac pertu-  
lit: Offero ſanctiſſimam Incarna-  
tionem, vitam, labores, ærum-  
nas, paſſionem, cruciatuſſe, San-  
guinem & mortem illius: offero  
virtutes ejus perfectiſſimas, &  
virtutes ac merita beatæ Mariæ  
virginis, atque omnium Sancto-  
rum tuorum. Sulcipe, obſecro,  
hanc oblationem in odorem ſua-  
vitatſſe & laudem æternam, pro  
ſalute ipſius [ vel ipſorum ] Amen.

*Oratio ad Virginem MARIAM.*

**A**Ve præclara Virgo Maria, <sup>Invoca-  
tio Dei-  
paræ Vir-  
ginis Ma-  
riæ.</sup>  
ſingularis conſolatio mea, &  
dulce gaudiuſſe cordis mei. Tu es  
mulierum omnium pulcherrima  
atque puriſſima: ex qua naſci &  
cujus lacte paſci voluit Rex cæ-  
lorum Jeſus Chriſtus. En ego  
confugio ad te, invoco te, & ſpe-  
ro in te, ô mater miſericordiæ.  
Ego tuiſſe pedibus advolutus, ob-  
ſecro per ſanctiſſimam incarna-  
tionem, vitam, paſſionem & mor-  
tem dilecti Filii tui, ut impetres  
mihi plenam veniam peccatorū,  
mortificationemque vitiorum:  
impetres ſpiritum bonum, & gra-  
tiam

Scrinio-  
lum Spi-  
rituale. tiam salutarem, ac me ipsi Filio  
tuo tibi que placentem reddas,  
Amen.

*Ad eandem.*

Salutario  
B. Mariae  
per Salve  
Regina.

**S**alve Regina, Mater misericor-  
diae, vita, dulcedo, & spes no-  
stra, salve. Ad te clamamus, exu-  
les filii Evæ. Ad te suspiramus  
gementes & flentes in hac lacry-  
marum valle. Eja ergo, Advo-  
cata nostra, illos tuos misericor-  
des oculos ad nos converte, &  
Iesum benedictum fructum ven-  
tris tui nobis post hoc exilium o-  
stende: ô clemens, ô pia, ô dulcis  
virgo Maria.

*Ad eandem.*

Ad eam-  
dem pro  
morte  
beata.

**A**ve Maria, virgo benigna,  
virgo dulcissima, quæ pepe-  
risti Filium Dei Iesum Christum.  
Eja pia mater, dirige & serva me  
materna benignitate cunctis die-  
bus vitæ meæ; atque in extremo  
spiritu constitutum misericordi-  
ter protege, ne maligni spiritus  
possint nocere animæ meæ, ac  
salutem meam impedire. Exhi-  
be mihi tunc jucundissimam præ-  
sentiam tuam, & roseo rutilanti-  
que vultu tuo ac blandis oculis  
tuis solare dolores & gemitus  
meos. Dictunc animæ meæ: E-  
go Mater Dei, quam dilexisti &  
in qua sperasti, loquar pro te: no-  
li timere. Domina, redde me  
tunc certum de cælesti beatitudi-  
ne, ut in sancta confidentia vitam  
hanc finiam, & te duce perve-  
niam ad vitam æternam, Amen.

IV.

SERTUM

BEATÆ VIRGINIS  
MARIAE  
QUINQUEPARTITUM  
VITA ET GESTIS  
JESU CHRISTI  
PULCHRE EXORNATUM.

*In hoc Rosario edidit insignem tractatum  
R. P. Franciscus Arias Presbyter Soc. IESU, quem  
inscripsit, de Rosario 50. mysteriorum in Opusculo  
suo de Profectu spirituali. Idem Rosario trans-  
tulit in praxem devotas R. P. Antonium Sueque-  
tium ejusdem Societatis in Via Vita lib. 3. c. 23.*

PARS PRIMA.

**P**ater noster, &c. Ave Ma-  
ria, &c. O benigna & sua-  
vis Maria, placida clementis-  
simum Redemptorem nostrum  
IESUM: quem tu virgo purissima  
Angelo nuntiante de Spiritu fan-  
cto in civitate Nazareth concepi-  
sti, ac novem mensibus in castissi-  
mo utero tuo gestasti. Fac, ut ipsi  
dulcissimo Filio tuo IESU Christo  
placeamus, & eum teque videre  
mereamur in cælis, Amen.

Ave maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placida clementis-  
simam Redemptorem nostrum Ie-  
sum: quo concepto, tu Deo ple-  
na ad Elifabeth cognatam tuam  
cum festinatione perrexisti, &  
eam

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

eam salutaſti, eiſque humiliter ſer-  
vivifti. Fac, ut ipſi dulciſſimo Fi-  
lio tuo Ieſu Chriſto placeamus, &  
eum teque videre mereamur in  
cælis, Amen.

3.  
Nativita-  
tis Ieſu  
Chriſti.  
Luc. 2.

Ave Maria, &c. O benigna &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem in Bethleem, in vili  
ſtabulo, tu Virgo inviolata non  
ſolum ſine dolore, ſed etiam cum  
ineffabili gaudio peperifti, na-  
tumque mox ut verum Deum de-  
vota mente adorafi. Fac, ut ipſi  
dulciſſimo Filio tuo Ieſu Chriſto  
placeamus, & eum teque videre  
mereamur in cælis, Amen.

4.  
Lactatio  
infantis  
Dni.  
Luc. 2.

Ave Maria, &c. O benigna &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem infantulum vagien-  
tem virgineo lacte pavifti, pan-  
niculisque involutum in præſe-  
pio ſuper ſcenum & ſtipulas reclina-  
ſti. Fac, ut ipſi dulciſſimo filio  
tuo Ieſu Chriſto placeamus, &  
eum teque videre mereamur in  
cælis, Amen.

5.  
Manife-  
ſtatio fa-  
ſta pa-  
ſtoribus.  
Luc. 2.

Ave Maria, &c. O benigna, &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem recens natum Angeli  
paſtoribus gratulabundi nuntia-  
verunt, & eum lætis vocibus col-  
laudantes, pacem hominibus bo-  
næ voluntatis cecinerunt. Fac,  
ut ipſi Filio tuo Ieſu Chriſto pla-  
ceamus, & eum teque videre me-  
reamur in cælis, Amen.

6.

Ave Maria, &c. O benigna &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-

mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem paſtores feſtinanter  
pergentes in Bethleem, invene-  
runt poſitum in præſepio, & eum  
adora verunt cum ingenti admi-  
ratione & gaudio. Fac, ut ipſi dul-  
ciſſimo Filio tuo Ieſu Chriſto  
placeamus, & eum teque videre  
mereamur in cælis, Amen.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.  
Adora-  
tur Chri-  
ſtus à pa-  
ſtoribus.  
Luc. 2.

Ave Maria, &c. O benigna, &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : qui octavo à nativitate ſua  
die dignatus eſt puriſſimum ſan-  
guinem pro nobis fundere, & cir-  
cumcidi, atque ad noſtram con-  
ſolationem Ieſus nominari. Fac,  
ut ipſi dulciſſimo Filio tuo Ieſu  
Chriſto placeamus, & eum teque  
videre mereamur in cælis, A-  
men.

7.  
Circum-  
ciſio pne-  
ri Ieſu.  
Luc. 2.

Ave Maria, &c. O benigna, &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem Magi ab Oriente ve-  
nientes piè quæſierunt, & magno  
gaudio perfuſi, ſtella duce in Beth-  
leem pervenerunt ; ibique illum  
humiliter adorantes, aurum, thus  
& myrrham devotè ei obtule-  
runt. Fac, ut ipſi dulciſſimo Filio  
tuo Ieſu Chriſto placeamus, &  
eum teque videre mereamur in  
cælis, Amen.

8.  
Adora-  
tur à Ma-  
gibus.  
Matt. 2.

Ave Maria, &c. O benigna &  
ſuavis Maria, placa clementiſſi-  
mum Redemptorem noſtrum Ie-  
ſum : quem die quadreſimo in  
templum juxta Legis præſcriptū  
detulifti, & hoſtia pauperum re-  
demptum, Deo Patri gratiſſimo

9.  
Præſen-  
tatio Fi-  
lii, & pu-  
riſtatio  
Matru.  
Luc. 2.



seruio-  
lum Spi-  
rituale.

corde obtulisti. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

10. -  
Erga in  
Aegyp-  
tum.  
Matt. 2.

Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: quem in Ægyptum, propter metum Herodis, monitu Angeli mater fidelissima deportasti, tandemque eum inde in ciuitatem Nazareth retulisti. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Laus Trinitati fulgidæ,  
Patri, Nato, Paraclito,  
Laus virgini Deiparæ,  
Nunc & per omne sæculum,  
Amen.

## P A R S I I.

1.  
Iesu in-  
ter Docto-  
res.  
Luc. 2.

**P**ATER noster, & c. Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: que tu Virgo - mater, cum esset annorum duodecim, in Ierusalem perdidisti, & eum mœsta requirens, post triduum in templo læta inuenisti. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

2.  
Subiectio  
ad paren-  
tes.  
Luc. 2.

Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum, quem tibi subditum maternâ curâ sedulò enutristi, & nihilominus ei tanquam aktif-

simo DEO sanctam reverentiam semper exhibuisti. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, & c. O benigna, & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum, qui anno ætatis suæ trigésimo, in Iordane flumine humiliter à seruo suo Joanne baptizari voluit, cum tamen ipse innocens agnus Dei, unquam peccati maculam contraxerit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum, qui in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil manducans ieiunauit, sicque cum feris Dominus cæli & terræ habitauit: Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui pro salute nostra tentari à diabolo non recusauit, & quomodo Iatanam vincere nos oporteat demonstrauit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, & c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum;

Scriniolum Spirituale.

sum: qui per urbes, vicos & castella iter faciens, Evangelium regni cælorum studiosè prædicavit, & labores fatigationemque corporis propter nos libenter sustinuit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

7. *Nocturna orationes, labores & persecutiones.*  
Matt. 5.

Ave Maria, &c. O benigna, & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui cerebrò in oratione pernoctavit, & famem, sitim, frigus, ætium, variasque persecutiones mitissimo corde nostri causâ per tulit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

8. *Miseri cordia & miracula.*  
Ioan. 6.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui conversans inter homines, omnibus afflictis misericorditer subvenit, ac signa plurima fecit, & Mariæ Magdalenæ, aliisque peccatoribus verè pœnitentibus, veniam promptissimè dedit, seque eis familiarem eis præbuit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, A-

9. *Transfigurationis.*  
Matth. 17.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui coram tribus discipulis in monte transfiguratus, facie sicut sol refulsit, & excellentiam gloriosi corporis magnificè ostendit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu

Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui veniens Ierosolymam, ut pro nobis pateretur, Rex humilis & mansuetus asinæ insedit, atque inter laudes quæ ei à populo canebantur, videns civitatem lacrymas effudit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Laus Trinitati fulgidæ,  
Patri, Nato, Paraclito,  
Laus Virgini Deiparæ,  
Nunc & per omne sæculum,  
Amen.

P A R S I I I

PATER noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui in Cœna novissima pedes discipulorum suorum positis genibus humiliter lavit, & præcellentissimum Eucharistiæ Sacramentum inenarrabili charitate instituit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui ingressus cum discipulis suis in hortum Oliveti, maxima tristitia propter nos correptus fuit:

Scriniolum Spirituale.

10. *Ingressus in Ierosolymam die Palmæ.*  
Matth. 21.  
Ioan. 12.

1.

*Lotio pedum.*  
Eucharistia.  
Ioan. 13.  
Matth. 20.  
Mar. 14.  
Luc. 22.

2. *Agonia & sudor sanguinis.*  
Mar. 20.  
Mar. 14.  
Luc. 22.  
Ioan. 19.

Serinio.  
Ium Spi-  
rituale.

fuit ; & prolixè orans , sudorem sanguineum præ vehementia angustiarum toto corpore sudavit. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

3.  
Cobors.  
Iudaorin.  
Osculum  
Iuda.  
Mar. 14  
Luc. 22.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum : qui inimicis suis obviam processit , eisque ultrò se obtulit , & à Iuda proditore osculum accipere non renuit. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

4.  
Compre-  
hensio &  
vincula.  
Ioan. 18

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum : quem viri impii irreverenter comprehenderunt , & tanquam malefactorem ac latronem duris vinculis ignominiosè ligaverunt. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

5.  
Annat.  
Caiphæ.  
Alapa.  
Mac. 14.  
Luc. 22.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum : qui vincus ad Pontificem cum opprobrio adductus fuit , & ab uno ministrorum ejus atrocem alapam suscepit. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

6. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissimum Redemptorem nostrum Ie-

sum : qui in domo Caiphæ falsis testibus fuit pressus , & putentibus sputis fœdatus , & ludibriosè ve- latus , & colaphis alapisq; inhu- maniter cæsus , ac blasphemis in- dignissimè affectus. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissi- mum Redemptorem nostrum Ie- sum : qui contemptibiliter ductus ad Pilatum , demisso placidoque vultu coram eo stetit , & ad fallas Iudæorum accusationes humili- ter tacuit. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum teque videre mereamur in cælis , Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissi- mum Redemptorem nostrum Ie- sum : quem Herodes ad se mis- sum , sapienterque coram se silen- tem , sprexit , & alba ridiculaque veste tanquam fatuum induit. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Ie- su Christo placeamus , & eum te- que videre mereamur in cælis , A- men.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria , placa clementissi- mum Redemptorem nostrum Ie- sum : qui in prætorio fuit dede- corosè nudatus , & ad columnam inclementer ligatus , & flagris crudelissimè concisus , proprio- que Sanguine miserabiliter cru- entatus. Fac , ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus , & eum

Scritio  
Ium Spi-  
rituale.  
Falsi  
Ies  
Calaphi  
Sputa  
Pleca  
faint  
Mac. 14  
Luc. 22

7.  
Spirito  
Pilato  
Matth.  
27.  
Ioan.

8.  
Spre-  
xit  
Iudæi  
ad Ies  
de.  
Luc. 22

9.  
Fugit  
Ies  
Luc. 22

*Scriniolum Spirituale.*  
 & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

10. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum Iesu: quem homines iniqui clamide purpurea ad majus ludibrium vestierunt, & acutis spinis coronaverunt, & nugatorie adoraverunt atque subsannaverunt, & arundine percusserunt, ac foedè conspuerunt, & diris alapis ceciderunt. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Laus Trinitati fulgidæ,  
 Patri, Nato, Paraclito,  
 Laus virgini Deiparæ,  
 Nunc & per omne sæculum,  
 Amen.

PARS IV.

1. **P**ATER noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESUM: qui gestans coronam spineam & purpureum vestimentum, è prætorio fuit à Pilato productus, & Judæis ostensus, atque ab eis ad mortem crucis magno turbulentoque clamore postulatus. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

2. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum Iesu: quem Pilatus morti inju-

ste adjudicavit, voluntarièquē Judæorum tradidit. Ipse ergo mox ab eis trabe crucis oneratus, ignominiosum hoc lignum laceris humeris suis cum ingenti cruciatur patienter bajulavit, factusque opprobrium hominum, & abjectio plebis, humiliter ad Calvariam perrexit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna, & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum Iesu: qui in loco Calvariæ myrrhato fellitoque vino fuit potatus, ac vestibus probrosè nudatus, & manus ac pedes clavis atrociter perterebratus, crucique affixus. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna, & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum Iesu: qui nudus, vulneratus & contemptus in ligno crucis pro nobis pependit, amarissimosque dolores pertulit, ac pretiosum Sanguinem suum fudit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum Iesu: qui cum medius inter duos latrones in cruce penderet, & à Judæis subsannaretur blasphemis-

A a a isque

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

is que impeteretur, humillimam patientiam exhibuit, & insuper pro blasphemis crucifixoribus suis Patrem exoravit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

6.  
Paradi-  
sum pro-  
missit la-  
troni.  
Luc. 23.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui latroni verè pœnitenti peccata omnia misericorditer cōdonavit, & paradisi gaudia liberalissimè promissit. Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

7.  
Matrem  
Joanni  
commen-  
davit.  
Ioan. 19.

Ave maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui tibi dilectissimæ genitrici suæ sub cruce stanti atque acerbè dolenti intimè compassus est, & te Joanni discipulo commendavit, ei que ac nobis omnibus in matrem dedit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

8.  
Eli, Eli  
samma-  
sabaſtha-  
ni.  
Matt. 27

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui suam passionem sine aliquo sensibilis consolationis relevamine toleravit: unde & gravitatem cruciatuum suorum indicans, se derelictum voce magna clamavit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

9. Ave Maria, &c. O benigna &

suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui exanguis in cruce pendens, se vehementer sitire cœt status, sed felle & aceto in extrema illa calamitate fuit poratus. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui morti vicinus spiritum suum in manus Patris commendavit; jamque redempcionis nostræ opere consummato, bonus pastor animam pro ovibus suis expuro amore posuit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Laus Trinitati fulgidæ,  
Patri, Nato, Paraclito,  
Laus Virgini Deiparæ,  
Nunc & per omne sæculū, Amen;  
P A R S V.

PATER noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum: qui morte pro nobis in cruce gustata, mox ad inferna secundum animā ex summa charitate descendit, & electos suos potèter inde eripuit. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum

Scrini-  
um Spi-  
rituale.  
Sicut  
dicitur  
filii  
accit  
leau

10.  
In  
Patri  
mend  
fimo  
O  
re  
Luce

1.  
De  
sua  
Patri  
Luce  
Epist

2.  
Luce  
19  
Luce  
19

Scrini-  
lum Spi-  
rituale.

num Redemptorem nostrum Ie-  
sum: cuius sanctissimum latus, te  
præsente, lancea apertum, & a-  
morosum cor vulneratum fuit,  
unde nobis Sanguis purpureus  
& aqua salutaris profluxit. Fac,  
ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu  
Christo placeamus, & eum teque  
videre mereamur in cælis, Amen.

3.  
Deponi-  
tur intra  
brachia.

Ave Maria, &c. O benigna, &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: quem de cruce depositum in  
sinum gremiumque tuum (ut piè  
credimus) suscepisti, & lacrymis  
ubertim rigasti, & eique oscula a-  
mante impressisti. Fac, ut ipsi  
dulcissimo filio tuo Iesu Christo  
placeamus, & eum teque videre  
mereamur in cælis, Amen.

4.  
Sepul-  
ta Chri-  
sti.  
Matt. 27  
Már. 16.  
Joan. 19

Ave Maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: cuius corpus sacratissimum  
Joseph & Nicodemus pia devo-  
tionè aromatibus condierunt, &  
& sindone involverunt, atque in  
sepulchro posuerunt. Fac, ut ipsi  
dulcissimo filio tuo Iesu Christo  
placeamus, & eum teque videre  
mereamur in cælis, Amen.

5.  
Resurre-  
xit à  
mortuis.  
Matt. 28  
Luc. 24.  
Joan. 20

Ave Maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: qui tertia die victor è clau-  
so sigillatoque sepulchro prodien-  
s, à mortuis virtute propria  
surrexit, & te dilectam matrem  
suam ceterosque amicos suos op-  
tatissimo gaudio lætificavit. Fac

ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU  
Christo placeamus, & eum teque  
videre mereamur in cælis, A-  
men.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

Ave Maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: qui quadragesimo post Re-  
surrectionem suam die, in cælum  
gloriosè ascendit, & ad dexte-  
ram Patris triumphator nobilis  
confedit. Fac, ut ipsi dulcissimo  
Filio tuo Iesu Christo placeamus,  
& eum teque videre mereamur  
in cælis, Amen.

6.  
Ascensio  
in cælum  
Mar. 16  
Luc. 24.  
Act. 1

Ave Maria, &c. O benigna, &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: qui Spiritum sanctum in  
Apostolos aliosque fideles misit,  
& eos illo mirificè consolatus est,  
confortavit, illuminavit atque  
inlustravit. Fac, ut ipsi dulcissimo  
Filio tuo Iesu Christo placeamus,  
& eum teque videre mereamur in  
cælis, Amen.

7.  
Missio  
Spiritus  
sancti.  
Act. 1

Ave Maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum: qui te charissimam geni-  
tricem suam in cælum assump-  
tam supra choros Angelorum ex-  
altavit, Reginamque & Impera-  
tricem celsissimam constituit.  
Fac, ut ipsi dulcissimo Filio tuo  
Iesu Christo placeamus, & eum  
teque videre mereamur in cælis,  
Amen.

8.  
Assump-  
tio B. Vir-  
ginæ.

Ave Maria, &c. O benigna &  
suavis Maria, placa clementissi-  
mum Redemptorem nostrum Ie-  
sum:

9.  
Adven-  
tu ad  
iudiciū.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

sum: qui in fine sæculi venturus est iudex in maiestate magna, ut reddat reprobis horrenda supplicia, & iustis æterna gaudia. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

10.  
Gloria  
æterna.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum Iesum, qui est amabilis & desiderabilis gloria Beatorum, atque cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat DEUS in sæcula sæculorum. Fac, ut ipsi dulcissimo filio tuo Iesu Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Laus Trinitati fulgidæ,  
Patri, Nato, Paraclito,  
Laus virgini Deiparæ,  
Nunc & per omne sæculum,  
Amen.

#### NOTA

Fructus  
ingens ex  
Rosarii  
dectione.  
\* Idem  
referunt  
Ludol-  
phus &  
Lansper-  
gius.  
Accidit  
circa an-  
nū 1431.

**O**LIM revelatum fuit cuidam Spirituali Patri Carthusiano apud Treverim\*, quod quoties quis piè & sanctè legit Sertum sive Rosarium gloriosæ Virginis **MARIÆ** cum articulis vitæ & passionis **CHRISTI**, toties plenam peccatorum suorum veniam, simulque eximiam gratiam & eximium meritum cumulum consequitur. Reverà enim hoc Sertum **CHRISTO** & **MARIÆ** gratissimum est, atque ad impetrandum efficacissimum: quod tam pro nobis quam pro aliis nobis commisit

lis, & pro tota Ecclesia perorare possumus. Ceterum non est necesse, ut illud uno tempore totum compleatur, sed per particulas diversis horis vel diebus legi potest: & eo modo interdum majori devotione ac fructu expletur.

V.

ALIA

## ORATIONVM EXERCITIOLA NON CONTEMNENDA NEQVE PARVIENDENDA.

*Manè, lecto Symbolo Apostolorum cum Oratione Dominica & Salutatione Angelica, dices, si volueris, quatuor Precationes sequentes.*

### I. Oratio ad SANCTAM TRINITATEM.

**A**DORO te, ô fulgida & semper tranquilla Trinitas, unus Deus. Adoro te, ô Domine summæ maiestatis, Creator cæli & terræ, & omnium visibilium atque invisibilium. Adoro te, ô altissime & benignissime Deus, perenne bonum meum. Tibi Patri & Filio, & Spiritui sancto laus, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

II. Ora

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

## II. Oratio ad JESUM.

Saluatio  
ad Chri-  
stum pro  
beneficio

Saluto te, ð fili Dei vivi JESU  
Christe, suavis Redemptor,  
qui incarnari, pati & mori volui-  
sti pro me. Propitius esto mihi  
peccatori, & plenè me emunda.  
Largire mihi spiritum bonum &  
gratiam salutarem. Gratias ago  
pietati tuæ pro requie quam hac  
nocte mihi concessisti. Offero ti-  
bi somnum meum in laudem æ-  
ternam, in unione illius amoris  
quo tu Deus meus pro me factus  
homo, somnum corporalem cepi-  
sti in terris, ad honorem Patris, &  
salutem totius generis humani.

Oratio  
in actio.

Oblatio  
Dni.

Commen-  
datio ad  
sacrum  
Dei.

Petitio  
gratia.

Hodie commendo tibi animam  
meam & corpus meum: serua me,  
quæso, ab omni peccato, & in  
viam pacis dirige: doce me sem-  
per facere voluntatem tuam. Pe-  
to, Domine, & desidero, ut ex  
singulis actibus, verbis cogitatio-  
nibus, & motibus & respiratio-  
nibus meis, resulter laus nominis  
tui. Peto, ut omnes spiritus bea-  
ti & omnes Sancti tui glorificent  
te pro me omni temporis momē-  
to: quia tu es benedicendus in  
sæcula sempiterna, Amen.

III. Oratio ad Beatam Virginem  
MARIAM.

Ad vir-  
ginem  
Domi-  
nam.

Saluto te ð cæli Regina, mater  
Dei gloriosa, Domina mea  
dulcissima, virgo Maria. Misere-  
re mei peccatoris. Commendo  
me tibi hodie. Dirige, quæso, ad-  
iua & protege me in omnibus,

ne inimicus meus prævaleat ad-  
versum me. Ora pro me, & effice  
ut Filio tuo tibi que semper accep-  
tus sim, Amen.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

## IV. Oratio ad proprium ANGELOM.

Saluto te, ð sancte Angele Dei,  
Svernans flos cæli, Princeps  
nobilis, cui à Domino commissus  
sum. Miserere mei peccatoris.  
Commendo me tibi hodie. De-  
duc me, quæso, in viam manda-  
torum Dei, & ab hoste maligno  
jugiter defende, atque in gratia  
Dei conserva, Amen.

Ad An-  
gelum  
custodem

*Si obligaris legere Preces horarias,  
antequam illas inchoës, dic hanc  
aut similem Orationem.*

Domine Jesu, ego humiliter  
pro tuo honore obedire, &  
tibi fideliter servire, teque pu-  
rè laudare desidero in unione il-  
lius perfectissimæ attentionis,  
qua Patrem orasti & laudasti in  
terris: adiuua me gratia tua, quia  
sine te nihil possum.

Ante of-  
ficium  
divinum

*Oratio post preces horarias dicenda.*

Bone Jesu, propitius esto mihi  
peccatori. Ego tepidum & di-  
tractum servitium meum com-  
mendo mellifluo cordi tuo emē-  
dandum & perficiendum, tibi que  
ipsum offero ad salutem omniū,  
in unione illius perfectissimæ at-  
tentionis quâ tu Patrem orasti &  
laudasti in terris. Responde, quæ-  
so, satisfac & supple pro me ple-  
nissime, Amen.

Post Of-  
ficium.



Scriniol  
lum Spi-  
rituale.

*Missam auditurus dicito:*

*Ad Mis-  
sam.*

**D**omine Iesu, largire mihi, obsecro, gratiam Tuam, & concede ut purè inter sim sancto Missæ sacrificio, ad æternam laudem nominis tui, in memoriam eorum omnium quæ pro salute mea fecisti, atque pertulisti.

*Sacerdos sacrificaturus, & quilibet sacram Eucharistiam sumpturus, potest dicere sequentem Orationem.*

*Oratio ante Communionem.*

*Ante  
Missam  
vel sacra  
Commu-  
nionem.*

**G**ratias ago tibi, amantissime Domine Iesu Christe, pro omnibus bonis, quæ mihi & aliis quibuscunque hominibus unquam contulisti, atque collaturus es. Gratias ago, quod ex pura charitate mihi dedisti corpus & animam, ac secundum animam fecisti me ad diuinam imaginem & similitudinem tuam. Gratias ago, quod me ad sacrum Baptisma & ad recte Catholicæque fidei cognitionem perduxisti. Gratias ago, quod me iniquissimè viventem tam patienter tolerasti, & à te aversum tam benignè ad te vocasti. Gratias ago, quod innumera grauissimaque scelera mea quibus inferni tormenta toties commerui, tam clementer remisisti. Gratias ago, quod singulis momentis mihi benefacere non cessas, & salutem meam in omnibus promouere desideras.

*Gratia-  
rum a-  
ctio.  
Pro om-  
nibus ho-  
minibus:  
Pro natu-  
ralibus:  
Pro spiri-  
tualibus:  
Pro pati-  
enti ex-  
pectatio-  
ne emen-  
dationis:*

Gratias ago pro cunctis tribulationibus, angustijs, afflictionibus & poenis, quas hæc ænus mihi euenire permisisti: eas tibi offero in laudem æternam, in vnione venerandæ passionis tuæ. Gratias ago pro vniuersis miserationibus suavissimæ pietatis tuæ. Gratias ago pro incarnatione, natiuitate infantia, pueritia, adolescentia iuuentute, laboribus, ærumnis passione, morte, resurrectione & ascensione tua. Gratias ago pro institutione sacro sanctæ & venerabilis Eucharistiæ, in qua te ipsum nobis reliquisti. miserere mei vilissimi peccatoris: miserere mei secundum multitudinem miserationum tuarum. Emunda me, quæso, ab omni peccato, & negligentia & impuritate. Exorna egenam animam meam tuis meritis ac virtutibus, ut tibi placeam, Amen.

*Quilibet Christianus posset quoti-  
die utilissimè offerre Deo predictam  
gratiarum actionem, aut aliam si-  
milem.*

*Altera Oratio ante Communionem.*

**P**ræsta mihi, piissime Iesu, ut humili reuerentia offeram tibi sanctum Missæ sacrificium [vel, percipiam venerabile Corporis tui Sacramentum,] in memoriam eorum omnium, quæ pro salute mea facere, loqui & pati voluisti. Perficiam hoc purissimè ad gloriam nominis tui sem-  
pi-

Scriniol  
lum Spi-  
rituale.  
Pro tri-  
lucina  
bus

Pro ho-  
sua  
si.

Scrini-  
lum Spi-  
rituale.

piternam, ad honorem dulcissi-  
mæ genitricis tuæ virginis Ma-  
riæ, ad honorem sancti N. [vel  
N.] ad honorem totius Curia-  
e cælestis; ad salutem meam, ad  
salutem N. [vel N.] ad salutem  
omnium fidelium viuorum &  
defunctorum. Miserere Ecclesie  
tuæ & totius mundi Propter a-  
maram passionem & mortem tuã  
da viuus veniam & gratiam, da  
fidelibus defunctis requiem lu-  
cemque sempiternam, Amen.

*Quando Sacerdos sub sacrificio  
Missæ eleuat sacram Hostiam, potes  
dicere:*

Ad ele-  
uationē  
Hostiæ.

**A**Ve salus mundi, Verbum  
Patris, Hostia sacra, vera &  
viva caro, Deitas integra, verus  
homo, Corpus Domini mei Jesu  
Christi. Tu Rex qui me creasti &  
redemisti, miserere mei, Amen.

*Quando Sacerdos eleuat sanctum  
Calicem, dicit:*

Ad ele-  
uationē  
calicis.

**A**Ve facer Sanguis Redem-  
ptoris mei, carum pretium  
salutis meæ. Laus tibi Domine  
JESU, qui purum Sanguinem  
tuum fudisti, & mortuus es pro  
me in cruce. Propter bonitatem  
tuam miserere mei, Amen.

*Spiritualis oblatio Hostiæ ad  
Deum Patrem.*

Oblatio  
spiritua-  
lis sacri-  
ficii.

**P**ater cælestis, ego in plenam  
remediationem, expiationem  
& satisfactionem pro omnibus  
peccatis, excessibus ac negligen-

tiis meis, & pro peccatis totius  
mundi [vel, pro peccatis illius,  
aut illorum,] offero tibi hanc sa-  
cro sanctam & venerandam Ho-  
stiam, dilectum Filium tuum Je-  
sum Christum. Suscipe, obsecro,  
hanc oblationem in odorem sua-  
uitatis & laudem æternam, pro  
mea omniumque salute [vel, pro  
salute ejus, aut eorum.]

*Quando jamjam sumpturus es sa-  
crum Eucharistiam, sic ora-  
re poteris:*

**P**le Jesu, ego desidero suscipere  
te sacramentaliter [vel spiri-  
tualiter,] licet non sim dignus ut  
intres sub testum meum. Propi-  
tius esto mihi peccatori, & aufer  
à me quidquid odisti. Præpara  
tibi gratam & amœnam habita-  
tionem in me. Utinam, Domi-  
ne, utinam ardentissimo tui desi-  
derio & amore flagrarem, tibi-  
que perfectè placerem! Ecce re-  
nuntio omnibus extra te. Veni  
in cor meum, veni, & pascete ipso  
animam meam, eamque reple  
gratia tua, Amen.

Pauld  
ante sa-  
crum Cœ-  
munia-  
nem.

*In ipsa sumptione Sacramenti po-  
tes hæc verba ruminare:*

**O**Bone Jesu, dilecte mi, cha-  
rissime mi. O amor meus,  
dulcedo cordis mei, vita animæ  
meæ! O æternum bonum meum,  
melliflue Jesu! miserere mei. U-  
ni me tibi intimè ad gloriam no-  
minis tui, Amen.

In sacra  
Eucharis-  
tiæ sum-  
ptione.

Sacer-

Scrini-  
um Spi-  
rituale,

Sacerdos postquam sacrificavit, & quilibet postquam sacram Eucharistiam sumpsit, dicat, si vult, sequentem Orationem.

*Oratio post Communionem.*

Post Mis-  
sam vel  
Commun-  
ionem  
Eucharis-  
tiam.

**G**Ratias ago tibi, benignissime Domine Jesu Christe, qui me vilissimum peccatorem admittere dignatus es ad splendidum vivificumque sacrae mensae tuae convivium. Hei mihi, quia nimis indignè compleui hoc sanctum sacrificium [vel percipi hoc venerabile Sacramentum.] Misere mei, ignosce mihi. Ego quod egi, commendo mellifluo cordi tuo emendandum & perficiendum, ad aeternam gloriam tuam, & ad salutem omnium. Responde, satisfac & supple pro me plenissime, Amen.

*Altera Oratio post Communionem.*

**P**le Jesu, emenda me, quaeso, & ab omni salutis impedimento absolve per hoc praecellentissimū Sacramentum. Innova spiritum rectum in visceribus meis, & largire mihi gratiam tuam salutarem. O dulcissime Domine Deus meus! quid volo praeter te? Tu mihi sufficis. Accende, & concema me igne amoris tui. Conformata voluntatem meam sanctissimae voluntati tuae in omnibus, meque totum in te transforma ac transmuta, ad laudem nominis

tui. Propter amarā passionem & mortem tuam da vivis veniam & gratiam, da fidelibus defunctis requiem lucemque sempiternam, Amen.

Scrini-  
um Spi-  
rituale,

*Dum aggredieris quidpiam, dicitur:*

**D**omine Jesu, da ut istud faciam, ista loquar, hoc exercitium peragam, ad aeternam laudem nominis tui, sicut tibi placitum est.

*Post opus vel exercitium dicitur:*

**D**omine Jesu, ego hoc quod feci, ea quae dixi, has cogitationes meas, hoc jejunium meum, has orationes meas haec exercitia mea, commendo mellifluo cordi tuo emendanda ac perficienda, tibi que illa offero in laudem aeternam, & ad salutem omnium, in unione sanctissimorum operum, verborum, cogitationum, jejuniorum, orationum vel exercitiorum tuorum: hanc modicam eleemosynam per me factam tibi offero in unione pietatis, misericordiae & charitatis tuae.

*Ista orandi formulæ prescribuntur tyrunculis spiritualibus. Quilibet poterit uti aliis & pluribus vel paucioribus verbis, pro suo affectu: imò poterit etiam sine ullis verbis, sola mentis elevatione intentionem cogitationemque suam dirigere ad DEUM in suis operibus atque exercitiis.*

*Si legi-*

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

*Si legisti vel audivisti quidpiam  
boni, dicito:*

Oratio  
vel adspi-  
ratio in-  
ter legen-  
dum.

**D**omine JESU, laudore, & gratias tibi ago pro hac sancta doctrina, [vel pro his salutari- bus verbis] da ut ex eis proficiam, ac tibi placeam. Ego illa Maje- stati tuæ offero in laudem æter- nam, & ad salutem omnium.

*Si aliquid adversi pateris aut  
passus es, dicito:*

In adver-  
si.

**D**omine JESU, ego hunc dolorem, hanc molestiam, hoc impedimentum, hanc tristi- tiam, hoc improprium, hanc tribulationem, hoc gravamen ti- bi offero in laudem æternam in unione dolorum tuorum, tristi- tiæ tuæ, afflictionum tuarum, vel in unione venerandæ passionis tuæ.

*Si cor tuum frigidum & aridum  
est, dicito:*

In aridi-  
tate.

**P**ater cælestis, ego pro frigida & misera cordis mei ariditate, offero tibi fervida desideria ar- dentissimumque amorem cordis dilecti Filii tui JESU Christi: of- fero sanctam devotionem & cha- ritatem Beatæ MARIÆ Virginis matris ejus, atque omnium cle- ricorum tuorum.

*Ante sumptionem cibi Oratio.*

Ante  
cibum.

**D**omine JESU, da ut sanctè

& continenter sumam cibum & potum ad gloriam nominis tui, in unione illis amoris, quod tu Deus meus pro me factus homo, cibum potumque sumpisti in ter- ris, ad honorem Patris, & salutem totius generis humani.

*Post sumptionem cibi Oratio.*

**G**ratias tibi ago, Domine Je- su, pro hac refectione corpo- rali quam mihi indigno præstisti. Singulas buccellas & guttas quas sumpsi, offero tibi in lau- dem æternam, in unione illius amoris, quo tu Deus meus pro me factus homo, cibum potum- que sumpisti in terris, ad hono- rem Patris, & salutem totius ge- neris humani.

Post con-  
poralem  
refectio-  
nem.

*Vesperis examinata conscientia,  
& lecto Symbolo Apostolorum cum  
Oratione Dominica ac Salutatione  
Angelica, potes dicere quatuor Pre-  
cationes sequentes.*

*I. Oratio ad JESUM.*

**E**heu, Domine JESU! Pecca- vi, peccavi, & malum coram te feci: miserere mei, quia pius & clemens es. Ego omnia peccata mea omnes excessus ac negligen- tias meas depono in cruenta Vul- nera tua, omnes offensas meas proiicio in abyssum misericordiæ tuæ, ut ibi ad nihilum redigan- tur. Spero & confido in immen- sa bonitate tua. Abluc me, quæ-  
so,

Profectio  
peccato-  
rum in  
Vulnera  
Christi,  
cum pro-  
posito e-  
menda-  
tionis.

B b b

so,

*Scriniolum Spirituale.*

fo, purissimo Sanguine tuo, & plenè emunda. Responde & satisfac pro me. Ecce desidero & propono (te adjuvante) corrigere me. Renuntio omnibus quæ tibi displicent. Conforta me gratia tua Domine Deus meus, Amen.

II. *Oratio ad eundem.*

*Commendatio ante somnum.*

**B**ONE JESU, gratias tibi ago omnibus beneficiis & donis tuis spiritualibus atque corporalibus, quibus indignus sum. Commendo pietati tuæ hac nocte animam meam & corpus meum, commendo hanc civitatem [ vel congregationem. Da ut pudicè & sanctè somnum capiam ad gloriam nominis tui, in unione illius amoris quo tu DEUS meus pro me factus homo, somnum corporale cepisti in terris, ad honorem Patris, & salutem totius generis humani. Peto & desidero, ut singulæ respirationes meæ hac nocte laudem & amorem tibi exhibeant, Amen.

III. *Oratio ad Beatam Virginem MARIAM.*

*Ad virginem Mariam ante somnum.*

**M**aria virgo Deipara, miserere mei, quia pia & misericors es. Impetra mihi veniam peccatorum. Commendo me tibi hac nocte. Protege me, quæso, ab insidiis inimici, ut castè necessarium somnum percipiam ad gloriam Dei, Amen.

IV. *Oratio ad proprium ANGELOM.*

*Scriniolum Spirituale.*

**O** Sancte Angele Dei, Princeps nobilis, custos meus fidelis, miserere mei. Gratias tibi ago pro custodia tua, & pro dilectione, quam mihi indigno exhibes. Domine mi, commendo tibi hac nocte animam meam & corpus meum. Defende me, quæso, ab omni malo, ut in sancta pace dormiam & requiescam, Amè.

*Quando libuerit, poteris valde utiliter legere tres Orationes sequentes.*

I. *Precatio ad IESUM.*

**O** Clementissime Domine Iesu Christe, miserere mei & omnium. Converte ad te miseros peccatores, ne pereant. Revoca hæreticos atque schismaticos. Illumina infideles te ignorantes. Benefac his qui me unquam injuria aut molestia aliqua affecerunt. Adesto omnibus qui in necessitate & tribulatione aliqua constituti sunt. Adesto fidelibus vivis & defunctis, qui se precibus meis commendaverunt & commendati esse cupiunt. Adesto parentibus, propinquis, & benefactoribus meis. Adesto omnibus pro quibus ego orare debeo & tu rogari vis. Adesto huic civitati, [ vel congregationi. ] Concede, ut sit hic humilitas, pax, concordia, charitas, & continentia & puri-

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

puritas. Concede ut omnes dignè emendemus atque corrigamus nos, & timeamus te, & serviamus tibi fideliter, & diligamus te, & placeamus tibi. Visita corda omnium nostrum: da nobis spiritum bonum, & gratiam tuam salutarem. Commendo tibi cuncta negotia spiritualia & temporalia, omnesque necessitates nostras. Dispone & ordina omnia secundum supremum beneplacitum tuum. Præsta mihi, ut quidquid tu vis, hoc velim & ego. Ipsa gratissima voluntas tua sit semper summa consolatio mea, Amen.

II. *Precatio ad eundem.*

Pro remissione peccatorum.

**D**Ele, Domine Iesu, dele omnia peccata mea pretioso Sanguine tuo. Restitue mihi innocentiam quam in Baptismo contulisti: quia nihil tibi est impossibile, & misericors es valdè. Propter bonitatem tuam largire mihi spiritum bonum. Effice me verè humilem, & resignatum, & patientem, & tranquillum, & continentem, & sobrium, & ferventem, & discretum: effice me hominem secundum cor tuum. Da mihi te diligere, amoris vicem reddere, ardentem te requirere, & tibi soli vivere. O utinam! utinam nunquam te offendissem! utinam posthac in omni virtute & sanctitate tibi placerem iuxta voluntatem tuam! Commendo fidelissimè pietati tuæ profectum & finem vitæ meæ. Benedic

Et pro gratia virtutum.

mihi in novissimis meis, & præsta, ut in sancta confidentia, in sancta gratia atque amicitia tua, vitam hanc finiam. Benignè me tunc suscipe in misericordia & bonitate tua. Peto Domine, ad laudem nominis tui, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat, Amen.

III. *Precatio ad beatissimam Virginem MARIAM.*

**O**Clementissima virgo MARIAMATER DEI, miserere mei peccatoris miserrimi. Multæ & graves sunt iniquitates meæ: sed tu, Domina, responde pro me propter dulcissimam pietatem tuam. Remove à me omne salutis impedimentum. Impetra mihi veram puritatem, & innocentiam, & spiritum bonum. Impetra sanctam humilitatem, & patientiam, & charitatem, & continentiam, & sobrietatem, & confidentiam. Adesto mihi nunc & in hora mortis meæ. Ipsum obitum meum attentius tibi commendo. Benignè me tunc consolare, conforta & protege. Effice tuis meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat, Amen.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.  
Pro felicitate mortis

Pro gratia virtutum

*Dulcia verba ad IESUM, frequenter ruminanda.*

**O**Christe Iesu: tu mihi præsens es, miserere mei. O pie, ô clemens, ô benigne Redemptor!

Adpirationes amorose ad Iesum

Scriniolum Spirituale.

demptor! O spes mea, refugium meum, salus mea unica! O bone JESU, dilecte mi, Charissime mi! O amor meus, dulcedo cordis mei, vita animæ meæ! O serena lux mea, vernans gaudium meum, pax mea suavis! O divitiæ meæ, verum bonum meum, sufficientia mea! O paradise deliciarum, DEUS meus, intende mihi. Peto veniam, peto spiritum bonum, peto gratiam. Emunda, sana, sanctifica me. Doce, illumina, dirige me. Adjuva, protege, salva me. Da ut diligam te toto corde, tota anima, tota virtute. Laus tibi Domine, laus tibi, honor & gloria perennis, Amen.

Monitione.

*Verba huiusmodi ediscenda sunt, ut quovis loco promptè in memoria habeantur, ad ruminandum illa pio & amanti corde in placida simplicitate introversione.*

*Similia verba ad beatissimam Virginem MARIAM.*

Adpirationes ad Virginem Mariam.

O Maria dulcis mediatrix! miserere mei. O pia, & clemens, & benigna mater! O spes mea, refugium meum: consolatrix mea! O virgo suavis, gratiosa, amabilis! O femina formosa, præcellens, sanctissima! O Genitrix Dei, Regina cæli, gaudium Angelorum! O sidus rutilans, liliū candens, rosa venusta! O paradise voluptatis, charissima mea! intende mihi. Peto veniam, peto spi-

ritum bonum, peto gratiā: Doce illumina, dirige me. Adjuva, protege, salva me. Dele culpas, & Maria, placa natū precepta: quia per te patet via ad æterna gaudia. Laus tibi Domina, laus tibi, & honor, & gloria perennis, Amen.

*Oratio ad quemlibet SANCTVM.*

**A**Ve vernans flos cæli & gloriosè civis paradisi, beate N. Gratias ago Domino pro omnibus bonis quæ in te contulit. Laudo illum, & tibi in augmentum gaudii ac gloriæ offero totius beatitudinis gazophylacium, cor Jesu Christi mellifluum. O Domine mi, ora pro me misero peccatore. Impetra mihi plenam veniam, & spiritum bonum, ac sanctam gratiam, ut Deo perfectè reconcilier, & illi placeam. Adesto mihi nunc & in hora mortis meæ. Ipsum obitum meum attentius tibi commendo. Benignè me tunc consolare, conforta, & protege. Effice tuis meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat, Amen.

*Eadem Oratio ad plures SANCTOS.*

**A**Vete vernantes flores cæli & gloriosi cives paradisi, beati N. & N. Gratias ago Dño pro omnibus bonis quæ in vos contulit. Laudo illum, & vobis in augmentum gaudii ac gloriæ offero totius beatitudinis gazophylacium,

Scriniolum Spirituale.

lacium, cor JESU Christi mellifluum. O Domini mei, orate pro me misero peccatore. Impetrate mihi plenam veniam, & spiritum bonum, ac sanctam gratiam, ut Deo perfecte reconcilier, & illi placeam. Adestote mihi nunc & in hora mortis meæ. Ipsum obitum meum attentius vobis commendo. Benignè me tunc consolamini, confortate & protegite. Efficite vestris meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat, Amen.

## VI.

BREVIS ET ABSOLUTA  
MULTUMQUE SALUTARIS  
DOCTRINA.

*Continet sex passus ad perfectionem.*

1. Beneplacitum DEI solius duntaxat in omnibus querendum affectionibus, propria verò voluntas in iisdem mortificanda.
2. Amor Dei proximi continuè exercendus.
3. Nulla res creata inordinate amanda: ponit enim medium inter Deum & animam.
4. Conformitas voluntatis cum divina providentia in omnibus qua eveniunt.
5. Humilitatis praeclarum exercitium.
6. Vita & passio Christi diligenter inspicenda.

In omnibus quae DEI beneplacitum, & mortificatio propria voluntatem.

**S**I ad veritatis agnitionem & animi tranquillitatem summamque perfectionem brevi compendio pervenire desideras! oportet ut sis bonae voluntatis, & nihil magis tibi curae sit, quam placere dulcissimo Creatori atque

benefactori tuo DEO: oportet ut ipsius Domini voluntatem jugi studio observare & adimplere coneris. Igitur construe tibi per mentis conceptum veluti habitaculum quoddam ex solius divinae voluntatis materia, teque in eo ita conclude, ut in omnibus quae agenda vel omittenda occurrunt, cogites voluntatem DEI te circumdare, secundum quam semper vivere debes. Proinde nihil aspicere, nihil audire, nihil gustare, nihil aliis sensibus percipere, nusquam progredi, nihil facere, nihil loqui, nihil cogitare aut desiderare velis aliter, quam DEO placitum acceptumque esse credis. Propter Dei honorem atque amorem resigna & abnega tuam voluntatem quae inordinata est: mortifica tuas pravas passiones & affectiones: extingue in te omnem propriam quaesitionem & perversum tui ipsius amorem. Quantum enim tibi ipsi & vitiosis propensionibus tuis morieris, tantum vives in DEO: & quanto diligentius ejeceris quod tuum est, tanto abundantius recipies quod DEI est, nempe sanctissimam gratiam Dei, & Deum ipsum. Relinque ergo, abdica & fuge pro viribus ea quae DEO displicere, gratissimaque ejus voluntati repugnare cognoscis, ut sunt superbia, vana glo-

† Pulchra & usurpanda praxis construendi habitaculi divinae voluntatis, in quod sese concludat, & velut in voluntario carcere habitet Asceta perfectae resignationis amator.

Bbb ;

ria,



Scriniolum Spirituale.

2. Exerce semper amorem Dei & proximi propter Deum. Matt. 22

3. Nihil creatum inordinate amare, nec seipsum quidem, sed Deum solum pro amore.

Amoris proprii damna.

ria, odium in proximum, & huiusmodi alia peccata ac vitia.

Dilige Dominum DEUM tuum toto corde tuo, tota anima, tota virtute, juxta gratiam tibi ab ipso datam: proximum quoque tuum [ id est, quemlibet hominem hic viventem ) amare chatitate sincerissima, benignum, paratum, & benevolum te illi exhibens, cavensque ne eum lædas, aut injuria aliqua afficias. Hæc enim duo maxime vult & unice abs te requirit DEUS tuus.

Palàm autem erit te Deum verè diligere, si nihil terrenum nec etiam teipsum inordinate amaveris, & nulli rei caducæ, nulli mortali creaturæ per vitiosum affectu adhæseris: si in omnibus quæ agis vel omittis, laudem gloriamque DEI pure quæseris: si voluntatem tuam voluntati divinæ sedulo subjeceris, & quælibet adversa de manu Domini humiliter susceperis, & ea propter illum æquo animo ad finem usque toleraveris, atque ipsius Domini DEI tui bonitati firmissimè innixus permanferis. Ergo separa atque repurga voluntatem tuam ab omni terreno & carnali affectu quantum potes; ita ut neq; te neq; ullâ aliam creaturam in hac vita ames, nisi in DEO & propter DEUM, ames verò DEUM propter seipsum. Nam divinus amor confortium terreni amoris nullo modo pati potest. Unde quantum te transitoriarum caducarumque rerum contagione infeceris, tan-

tum in DEI amorem peccabis, & tantum à vera perfectione excides. Planè, nulla ratione fieri poterit, ut DEO nudè conjungaris atque uniaris, si sensuali & impuro amore implicitus fueris. Nam tot media inter te & DEUM constituis, quot sunt res quas malè amas vel appetis. Itaque omni tempore observa teipsum vigilantia custodia, & terrenis concupiscentiis vitiosisque affectibus viriliter resiste, ac curas nimis anxias inordinatamque tristitiam ab animo tuo repelle. Præterea in omnibus operibus, verbis, cogitationibus, exercitiis & actibus tuis, specta solummodò DEI honorem & gloriam. Summoperè etiam desidera, ut omnes alii homines cognoscant, quærant & ament DEUM.

Postremò opta ex animo & totis viribus ad hoc contende, ut voluntas tua semper conformis sit voluntati DEI. Nunquam recalcitres neque murmures contra DEUM. Suscipe humiliter de manu ejus quicquid in hac vita tibi accidit, quomodocunque etiam accidat, à quacunque creatura proficiscatur: neque enim aliquid sine DEI voluntate & permissione alicui evenit. Et cum ipse DEUS sit summè bonus, non potest nisi quæ bona sunt tibi vel aliis velle. Si permittit te tribulationibus, persecutionibus, tentationibus, angustiis, ariditate obscuritateque mentis, infirmitate corporis, vel quolibet alio

Scriniolum Spirituale.

Medium enim pro me in DEO anima.

4. Refugium est confusio in DEO. Non est proinde in DEO confusio nisi in DEO. Confusio in DEO est in DEO. Confusio in DEO est in DEO.

Scriniolum Spirituale.

alio gravamine premi : persuasissimum habe , eum hoc facere ex pura charitate pro salute animæ tuæ. Perfer igitur omnem adversitatem & molestiam , tam internam quàm externam , cum benigna , patienti & tranquilla tui resignatione , propter amorem illius , cuius sanctissima voluntate ac dispositione accidit. Ipse ex summa dilectione omnia nobis tribuit , & in omnibus salutem nostram promovere desiderat , qui de malo pœnæ & culpæ majus bonum , quàm sit ipsum malum , elicere novit.

Fiducia inconcussa in summum Dei amorem & benignitatem

Crede inconcussa fide , eundem Dominum DEUM tuum magis amare te quàm tu te ames , & diligentiorum tui curam habere , quàm ipse habeas aut habere possis. Confide in eo plenissimè , te & omnia divinæ ejus providentiæ , sine aliqua hæsitacione committens , omnemque sollicitudinem tuam in eum projiciens. Quantò enim securius te tuaque per laudabilem confidentiam illi commiseris , tantò præsentius adjutorium ab eo obtinebis , sicut utile fuerit.

Humilitatis memorabile exercitium.

Ceterùm memineris , te nihil eorum quæ dicta sunt convenienter posse præstare , nisi verè hu-

† Sicut sentiunt interpretes S. Pauli Rom. 8. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum , iis qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Ex quo loco S. Augustinus lib. 11. de Trinitate , lib. de Correctione & gratia cap. 9. Epistola 127. Soliloquiorum cap. 18 & S. Bernardus Sermone de fallacia præsentis vitæ docent , peccata Elektorum iis etiam cooperari in bonum.

milis esse studeas. Ut autem faciliùs sanctam humilitatem teneas , contemplant & considera profunda mente nihilum tuum. Tu enim ex teipso nihil es , quia à Creatore DEO de nihilo factus es : & mox redigereris in nihilum , nisi ille jugiter te conservaret. Jam cum nec esse ex teipso habeas , nec permanere in esse per te ipsum possis ; manifestum est , te ex teipso neque facere neque cogitare quidquam boni posse. Tu ex teipso ad omne malum propensus es : unde si tibi ipsi relinquereris , enormia scelera assidue committeres.

Scriniolum Spirituale.

1. Nihil sumus aut habemus ex nobis , nisi peccati.

Quomodo ergo inflari , superbire , vanè gloriari , & te aliis præferre poteris ? Quomodo te aliquid esse reputabis ? Quomodo vel pilum unum tibi usurpabis de his quæ à Deo accepti ? Tu peccando vilissimum te fecisti , aded ut non sis dignus quem terra sustineat : & justum esset ut omnes creaturæ injuriam , quam Creatori tuo irrogasti , dire ulciscerentur.

2. Ergo non putamus nos aliquid esse ceterum nihil sumus.

Hæc recogita : & indignitatem vilitatemque propriam attendens , humilia & contemne teipsum , atque ab aliis etiam contemni non recuses. Libenter exequere infima & abjecta officia vel opera. Demitte te infra omnes homines , & promptè obedi amore cælestis Regis , qui propter te factus est

3. Demittamur infra omnes & ad omnia infima.

† Scholastici apud D. Thomam 1. 2. q. 109. & sequentibus fusiè id docent , & Interpretes super Osee cap. 13 Perditio tua Israel ex te sicut in modo in me auxilium tuum.

obediens

Scriniolum spirituale. Phil. 2. 4. Patienter tolleranda adversa. 5. Ea quæ à Deo habentur non mereamur, ergo ob ea non gloriamur.

obediens usque ad mortem. 4. Quantumcunque à Domino vel à creaturis affligaris, serua patientiam. 5. Judica te nec meruisse nec mereri posse aliquid DEI donum: nam ea quæ tibi à DEO collata sunt, non nisi ex mera bonitate ejus accepisti. Nihil omnino tibi tribuas, nisi quod ex teipso habes, videlicet peccata & multiplices culpas atque defectus.

6. Christum semper ob oculos habendum pro exemplo, ut ejus vitam & passionem imitemur.

Inspice diligenter vitam & passionem Domini tui J E S U Christi. Imitare pro tuo modulo ejus humilitatem, patientiam, mansuetudinem, charitatem, benignitatem, aliasque sanctissimas virtutes ipsius. In his sit præcipuum studium tuum & maximum conatus tuus: ita enim ad consummatam perfectionem citò pervenire poteris. Quòd si Dominus eam tibi in hac vita sicut desideras minimè concedit, facit hoc propterea, quòd non expediat ut tibi hinc ita concedatur: mercedem tamen laboris & desiderii tui in cælesti beatitudine cumulatissimè recipies, ibique ipsa perfectione perenniter perfruèris.



## VII.

EPISTOLA  
D. LUDOVICI  
BLOSII.

*Est conclusio Conclavis anima, & in ea relucet pia & dulcis indoles genii & ingenii Blossiani.*

1. Meminit Psychagogia & Consolationis pusillanimum à se conscriptarum.
2. Imperfectos etiam salvabit Christus, quia & pro illis mortuus est.
3. Instabilitas mentis aliqua in omnibus, dum hinc vivimus, invenitur.
4. Patientia in afflictionibus.
5. Vita feliciter emendanda.
6. Beatitudinis commemoratio; in qua merces ostenditur vera resignationis.

**E**N habes, amice in Christo dilecte, G. Conclave anime, quod tantopere efflagitasti. Cùm nuper tibi & mihi scripsissem Speculum spirituale, nihil prorsus adjicere statueram: postea tamen animo tuo satisfactum non fuit, nisi adjungerem etiam Monile, & Coronam, & Scriniolum spirituale, quæ omnia Conclave nostrum continet. Serius sanè prælo datum fuit quàm cupiebas: sed boni consules quod DEI dispositione & ordinatione factum est. Quòd si tu, sepositis interdum gravioribus studiis atque occupationibus, lectione simpliciorum libellorum

Epist. D.  
Ludov.  
Blosii.

1.  
In Con-  
clavi-  
anima est  
Speran-  
ciam.

Monile,  
Coronam,  
Scri-  
niolum.

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

Vilitas  
doctrina  
Patrum  
in Psycho-  
logia.

Fructus  
libelli de  
Consola-  
tione pu-  
sillan-  
ium.

2.  
Etiam  
imperfe-  
ta sal-  
vabit  
Christus.

lorum à me editorum delectaris, (sicut delectari videris) (suade ut inprimis istud Conclave ingrediaris, & diligenter consideres atque expendas ea quæ in illo habentur; ac deinde sumas in manus etiam Psychagogiam, quam ex Augustino & Gregorio superioribus annis collegi. Nam doctrina Patrum in hisce duobus libellis posita, poterit te bonæ voluntatis hominem multum consolari & confirmare, atque ad Dei patriæque cælestis amorem accendere. Non te pigeat hæc & hujusmodi alia pia scripta sæpius relegere, etiam si ipsa lectio palato cordis tui nonnunquam parum fortè sapiat. Nimis enim fastidiosus est, qui sancta ac salutaria quæque semel lecta vel audita rejicit, & ea amplius legere atque audire non vult. Gratiarum ago Domino JESU, quod frater tuus C. postquam perlegit Consolationem pusillanimum à me in publicum emissam, minus jam inordinato meru angitur quàm antea. Istud relevamen Deo & sanctis Doctoribus, qui in illa Consolatione loquuntur, acceptum ferre debet.

Rectè quidem facit, dum queritur ac dolet, quod præterito vitæ suæ tempore nimis grauitè nimisque multipliciter Deum offenderit: respiret nihilominus, & confidat in immensa suauissimaque Dei misericordia, & cogitet plerosque illorum ipsorum, qui Christum occiderant; postea cred-

endo in Christum veniam accepisse ut videlicet mortales omnes discerent, nulla esse tam immania crimina atque flagitia, quæ clementissimus, & adipe misericordiae plenus Dominus, non velit ad se conuersis vereque poenitentibus remittere. Sanctissimum namque Deum maximè decet, & ei proprium est, misereri ac parcere his qui sese humiliant, veniamque ex animo perunt. Rectè etiam tuus frater confitetur, se semper valdè imperfectum esse: meminerit tamen, imperfectos non minoris constitisse Christo quàm perfectissimos.

3.  
Illa mentis instabilitas, quæ se interorandum affligi dicit, innumeris Dei seruis communis est. Non est quòd hinc nimis exauescat. Si enim inuitus mente distrahitur, & rationabiliter facit quod in se est ut sit attentus, oratio ipsius in huiusmodi distractione humiliter fusa, sæpè utilior & fructuosior est, quàm si cum magna cordis attentione perageretur. Deus namque desiderium, voluntatem & conatum eius primum approbat, & his alijsque consimilibus molestijs animam eius purgat, aut puram conseruat, atque exornat. Hortare eum semper, ut bono sit animo.

4.  
Si ipse afflictiones suas, & aduersam valetudinem, qua pænè assidue laborat, patienti resignatoque corde propter Deum pertulerit, certè ubi molestam, tristemque amaramque corruptibili-

Scrini-  
um Spi-  
rituale.

3.  
Aliqua  
mentis in-  
stabilitas  
inest om-  
nibus in  
hac vita:  
& sæpè  
sine cul-  
pa.

4.  
Afflictio-  
nes pati-  
enti &  
resignato  
animo  
ferenda.

Scrinio-  
lium Spi-  
rituale. **lis** carnis sarcinam deposuerit, læticia sanitateq; sempiterna poteritur.

5. **Eja**, amice charissime, observemus, oro, nos ipsos vigilantem, & ita vivere adnitamur, sicut decet veros Christianos. Transigamus omne reliquum tempus vitæ præsentis utiliter. In cunctis quæ agimus, spectemus purè laudem & gloriam Dei. Amemus Jesum, qui nos ardentissimo immensoq; amore diligit. Propter ejus honore mortificemus in nobis propriam pravamque voluntatem ac vitia pro viribus.

6. **Subjiciamus** & conformemus nos in omnibus voluntati divinæ. Geramus mentem humilem & resignatam, jugiter desiderantes ac studentes placere Domino. Hac enim ratione tandem pervenimus ad summum illud & jucundissimum bonum: quod ut possidere possimus, ad imaginem Dei creati, & pretioso sanguine Christi redempti sumus. Pervenimus, inquam, ad Deum, qui est amabilis abyssus, & fons totius lucis, vitæ, venustatis, excellentiæ, dulcedinis & opulentiæ. Tunc verè beati erimus, videntes visionem, omnes pulchritudines hujus mundi infinite præcellentem: contemplabimur enim in lumine gloriæ mellifluum vultum Dei, & in eo per suavissimam fruitionem quiescemus, pacemque imperturbabilem obtinebimus. Tunc inenarrabili abundabimus gaudio, & plenè

satiabimur, Deumque perfectè amabimus ac laudabimus in sæcula sæculorum. O quanta felicitas est, ad claram Dei visionem pertingere! & quanta rursus infelicitas, illa privari, atque in infernum demergi, ibique horribiliter cruciari sine fine! Benè vale in Domino, & ora pro me.

Eximiam illam partem Dialogi D. Henrici Susonis, quæ laudes & utilitates afflictionum explicantur, ac pleraque alia paucis ab hinc diebus inserui Consolationi pusillanimum, ut gratificarer fratri tuo. Is eam facillè sibi comparabit, ubi à Typographo fuerit denuò excusa. Ceterum dicta ipsius Susonis, quæ ad te mitti volebas, hinc jam accipe.

## VIII.

ALIQVOT DICTA  
D. HENRICI  
SUSONIS.

## S. I.

## De amore sæculi, &amp; amore DEI.

1. *Miseræ cecitas hominum, qui DEVM non amant super omnia.*
2. *Felicitas illorum, qui per amorem purum Deo adhaerent & inhaerent.*
3. *Amabilitas Dei.*
4. *Et hic tam amabilis, nos tam inanimè amare dignatur.*

Vir

Dida  
Sufonis.1.  
Nulla  
major ce-  
litas, quã  
nō aman-  
tium De-  
um.

**V**IR sanctissimus Dnoque  
charissimus Henricus Sufo,  
deplorās infelicitatem eo-  
rum, qui vano amore impliciti, &  
huic mundo profus dediti, De-  
um salutemque propriam negli-  
gunt, queritur coram Domino  
hoc ferè modo: *Profectò Domine,*  
*res est lamentatione digna, tot cor-  
da sancto amori aprissima, tot præ-  
olatas ac formosas, Deiq; imagine  
in signitas animas, qua ex spiritali  
secu nito coniugio, Regina & Impe-  
ratrices effici, celoq; & terra domi-  
nanari possent, tã stolidè & impru-  
denter se à te abalienare, atque in  
santam vilitatem abicere, ac sua  
sponè perire. Credo sanè, si te  
omnium interni obtutus ita cerne-  
rent, uti egote intueor, caducum  
omnem amorem è vestigio in illis ex-  
tinctum iri. Mirari satis nequeo,  
( licè quondam longè aliter affe-  
ctus fuerim ) posse animum cujus-  
quam ulla alia in re, quàm in te va-  
stissima abyssò, ac quiescere.*

2.  
Sicut nul-  
la major  
felicitas,  
quàm a-  
mare De-  
um.

O bonum incomprehensibile, me-  
dullitusq; amplectendum! O dul-  
cissime DEVS, quàm venè agitur  
cum ea anima, qua te unicè amat, &  
quam tu divinis fulgoribus excellen-  
ter illustras, tibiq; viciniùs adjungis  
ac copulas! *Quantam illa ex te ce-  
lestem & mellifluam haurit conso-  
lationem, quanta amoris tui capit  
secreta blandimenta!*

3.  
Quam  
amabili-  
Domi:

Tu purissimarum inestimabili-  
umq; voluptatum pelagus es im-  
mensum. *Quidquid amabilitatis,  
decoris, pulchritudinis ulla ratio-  
ne potest cogitari, id omne in te ul-*

*tra omnem modum reperitur. Ni-  
hil jucundum, nihil gratum aut  
plausibile ulla in creatura potest in-  
veniri, quod non purissima qua-  
dam ratione infinite copiosius & ex-  
cellentius in te existat. Quoties ego  
rerum pulchrarum species conspi-  
cio, cum calum, terram, silvas &  
campos, universumq; mundum a-  
nimo perlustro, & cuncta hæc vi-  
dentur mihi hujusmodi vocibus com-  
pellare cor meum: Pensita, quan-  
tùm ille amabilis & formosus sit,  
qui condidit nos, qui est totius pul-  
chritudinis fons.*

O Domine *† ESU*, quid exul-  
tationis ex te accipio? *Certè dum*  
*cogito, me abs te celsissimo DEO*  
*amari, quidquid intra me est, præ*  
*gaudio colliquefcit. Prorsus ob id*  
*ego ex animo letor, quod tu usq; ad e-*  
*bonus es, quodq; meus es amicus, uti*  
*piè spero & confido.*

*† Praxis ista crebra est apud S. Augu-  
stinum, citante R. P. Ioanne Lorino super  
Psalmum 59, ubi clamant creaturæ: Ipse fecit  
nos, & non ipsi nos. & idè omnes creaturæ  
de Deo inelamant homini: Hunc amemus,  
hunc amemus. Amemus pulchrum à quo omnia  
pulchra.*

## S. I I.

## De Passione Dominica.

1. Optimus modus considerandi Passionem  
Domini, ut virtutes in ea fulgentes imitemur.
2. Bonus valde & ille, quo ei copatimur: aut  
ob ejus beneplacitum ipsam, quamvis arido corde  
ruminamus.
3. Attenta meditatio passionis à panu Pur-  
gatorii præservat.
4. Methodus in Passionis meditatione obser-  
vanda, quatuor articulis comprehensa.

**I**DEM Sufo in Dialogo introdu-  
cit Sapientiam æternam, vide-  
licet

Dicta  
Susonis

Passio  
Christi  
confide-  
randa  
propter  
imitatio-  
nem vir-  
tutum  
Christi  
patiens.

2.  
Et piam  
compas-  
sionem.

3.  
Prafer-  
vat apur-  
gatorio  
pia reco-  
gitatio  
Passionis  
Domini.

licet Christum **JESUM**, collo-  
quentem de passione sua cum Mi-  
nistro suo, ita: *Mihi longè gratius  
est cor hominis, si omni caduco a-  
more sit vacuum, atque ad imitan-  
dum vita mea præclarum exemplar  
perpetua sedulitate intentum, quàm  
si continuis me prosequatur lamen-  
tis, totq; fundat lacrymas, quot un-  
quam pluvia gutta ex aëre defluxe-  
runt. Siquidem acerbissima mortis  
perpeffione hoc potissimum spectavi  
& volui, ut me homines imitarentur:  
quanquam & pia lacryma mihi cum-  
primis accepta sint.*

Si tu ipsam passionem meam a-  
mantissimam humescentibus oculis  
commemorare non potes, facias ni-  
hilominus jucundo animo, ob bona  
immensa qua ex illa capis. Quòd  
si nec hilariter nec lacrymabundus  
eam cogitare potes, vel arido saltem  
corde in mei laudem eam percurras.  
Ita enim non minùs gratum mihi  
prestitieris obsequium, quàm si pra-  
lacrymis & dulcedine totus colli-  
quesceres. Nam hac ratione opus  
efficis ex amore, nihil te ipsum spe-  
ctans.

Ut verò eadem passio mea magis  
tibi cordi sit, eiq; plus afficiaris, au-  
di qua dicturus sum. Anima qua  
se multis obstrinxit peccatis, pote-  
rit ipsius passionis mea thesaurum  
adeò ad se adungere sibiq; appli-  
care, & ut etiamsi vel mille annis  
punienda sit in Purgatorii locis, bre-  
vi tempore & culpam & penam om-  
nem dissolvat, ita ut absq; Purgato-  
rio libera commigret in calum.

Debet autem id fieri hac ratione,  
1 ut quis corde contrito, sæpè &  
graviter magnitudinem ac multi-  
tudinem immanium peccatorum  
suorum, quibus tam irreverenter of-  
fendit oculos caelestis Patris sui, ex-  
pendat ac ponderet; 2 ac deinde  
proprie satisfactionis opera non qui-  
dem omittat, sed parvipendat;  
utpote qua cum ipsis collata pecca-  
tis non plus sint quàm aquae guttu-  
la una erga mare unversum: 3  
mex verò satisfactionis immensita-  
tem mirificè evebat ac extollat; quã-  
do vel minima pretiosi Sanguinis  
ex toto corpore meo undique largiter  
nimis manantis gutta, etiam mil-  
le mundorum peccatis delendus suf-  
fecisset: 4 quanquam nihilominus  
satisfactionis hujus mee tantum  
quisq; sibi applicet & ad se trahat,  
quantum se mihi compatiendo con-  
format, atque quatenus sua satis-  
factionis exiguitatem in mea expia-  
tionis infinitatem humiliter & obni-  
xè demergit.

† Quando videlicet ad est actus chari-  
tatis tam intentus, ut deleat reatum peccati.

### S. III.

#### De Sacra Eucharistia.

1. Excellent dignitas Eucharistia.
2. Totus Deus & homo Christus in ea perci-  
pirur, id est, Divinitas, Anima, & Corpus Christi.
3. Bonus vita, malus mors & exitum.
4. Nulla creatura potest eam digne susci-  
pere: sed sufficit Deo, si cum gratia Dei id face-  
re conerit quod potest, ut eam digne percipiat.

In illo eodè Susonis Dialogo in-  
carnata Sapientia verba faciens  
de sacra Eucharistia, Ministro suo  
ait: *Minimum ex me proficiens  
donum*

S. I V.

Diſſa  
Suſonis

donum in venerabili Sacramento, longè ſplendidius in omnem eternitatem fulget ac radiat, quàm ullus Solis huius viſibilis ſplendor; multoq; eſt illuſtrius atq; micantius, quàm lucifer iſte conſpicuus. Deniq; ſempiterno quodam decore ac pulchritudine longè præclariùs te exornat, quàm ulla unquam eſtas, quàmlibet amœna, terram ornaverit.

2.  
Tui in  
ea Chri-  
ſtu Deu  
& homo

An forſitan dubitas, illuſtriſſimam Diuinitatem meam quouis Sole fulgentiorem, & præclariffimam animam meam quàmlibet ſtellâ micantiorem, atq; glorioſum corpus meum quantacunque eſtatis amœnitate delectabilius eſſe? qua quidem reuerà percipis in Euchariftia.

3.  
Pii vi-  
ta; impij  
exiliij.

Ego p̄ys & benè preparatis ſum panis vite & at indignis, qui voluntate vel actione in mortiferis peccatis perſeuerant, plaga ſum temporaria, æternaq; execratio: hos certa damnatio manet, niſi per veram penitentiam mihi reconcilientur.

4.  
Nemapo-  
teſt ea  
dignus  
eſſe: Deu  
tamen co-  
natum no-  
ſtro con-  
ſeui eſt.

Sanè etiam ſi quis ſit Angelorum omnium naturali puritate præditus, Sanctorumq; omnium integritate ac ſanctimonia conſpicuus, & mortalium omnium bonis operibus ornatus, nec ſic tamen me percipere in Sacramento dignus foret. Sed cum facit homo quod poteſt, nihil ab eo ultra exigitur; ſiquidem id quod illi deeſt, ego ſuppleo. Præſtat verò ex amore accedere ad hoc venerabile Sacramentum, quàm ex timore abſtinere.

De reſignatione, abnegatione, & mortificatione ſui.

1. Perſectio non in conſolatione locatur, ſed in vera abnegatione & reſignatione in voluntatem & beneplacitum Dei.
2. Deu nunquam deſerit humilem fiduciam in ſua bonitate fundatam.
3. Abnegatio ſui, radix omnium virtutum.
4. Opus cum proprietate factum exigui valoris eſt.
5. Dei voluntas in omnibus ſit ſcopus & intentio mentis noſtra.

Sus o item inſignes hæſce ſententias de reſignatione & abnegatione ſcribit: Perſectã vita non in eo potiſſimum ſua eſt, ut conſolatione abundes; ſed ut voluntatem tuam diuina permittas ac reſignes voluntati, tam in amaris, quàm dulcibus; humiliterq; obtemperes, & ſub mortalium omnium veſtigis te reponas ac ſubmittas. Ipſi ſupremo ſpiritu Angelico nihil ſuauius eſt, quàm in omnibus diuine ſatisfacere voluntati: adeò ut, ſi noſ ſer ad Dei cedere laudem, \* ſi urticæ & alia ſizania extirparet, hoc præ omnibus cupidiffimè exequeretur. Nulla eſt perfectior & excellentior reſignatio, quàm in ſua derelictione eſſe reſignatum: neque eſt quòd quis admodum prægrauetur, ſi parum experiatur ſpiritalis dulcedinis; cogites potiùs ea ſe indignum: Vera in omnibus tum certis tum in certis rebus reſignatio ſui in voluntatem DEI, hominem proculdubio extra caſus & pericula omnia eripit, atq; in omnibus vera eum pace gaudere facit.

1.  
Non in  
conſola-  
tione, ſed  
in abne-  
gatione  
ſua eſt  
vera per-  
ſectio.

\* O ad-  
miran-  
dum! ge-  
licæ reſigna-  
tionis exem-  
plum!

Tanta Dei honeſtas & benignitas eſt, ut nulla poſſit ratione unquã illi deſerere, qui poſſit ex animo boni-  
dusiam.

2.  
Deu non  
deſerit  
piam fi-  
duciam.



Dicta  
Sufonis

nitati ipsius confidere, seq; totum ei  
permittere ac resignare.

3.  
Radix  
Virtutis,  
abnega-  
tio sui.

Vera sui submissio & depressio ac  
abnegatio, virtutum omnium, & to-  
tius salutis ac beatitudinis radix  
est. Dolet profecto sapientem ac e-  
loquentem esse, & nihilominus in si-  
lento sese continere, ab aliis vili-  
pendi, irrideri, injuriis affici, audire  
calumnias & obrektiones, nec se-  
tueri & ulcisci: hominem pruden-  
tem ac honoratum vitioso ac nullius  
existimationis homuncioni cedere,  
ne contradicere; atqui hoc plane est  
per sui abnegationem conformari  
ad Christi praclarum exemplar.

Quamvis in ferenda afflictione non  
semper aequè resignato simus animo,  
non propterea spes salutis ablata est,  
nec DEI gratia amissa; modo ne  
pertinaci animo adversus DEVM  
calcitemus ac rebellemus.

4.  
Opus ex  
propria  
volunta-  
te exigui  
meriti est

Opera, exercitia, & instituta  
cum proprietate, siue ex propria vo-  
luntate peracta, quamlibet grandia  
videantur, parvi tamen momenti  
sunt, quamdiu illis abnegatio & re-  
signatio conjuncta non est.

5.  
Scopus  
omnium  
actionum,  
benepla-  
citi Dei.

Hominem rationis compotem ope-  
ra sua agere decet, non ex naturali  
propensione vel appetitu, instar pe-  
cudum natura impulsum sequen-

rium, sed cum ratione in DEI lau-  
dem & ob DEI amorem, adeo ut nus-

quam suum privatum commodum,  
sua delectationem, sui exaltatio-  
nem, suam mercedem capiet, sed so-  
lum Deum; ita abnegare, mortifica-  
re & relinquere nos ipsos debemus, ut  
vilipendi & adversa propter Deum  
perpeti neutiquam recusemus; ac  
linguam sensusq; nostros sedulo re-  
fruemus, & nihil cum inordinata  
delectatione possideamus, aut appe-  
tamus. Ut auri lamina oculis im-  
posita non minus impedit visum,  
quam lamina ferri: ita & instabili-  
bus mortalibusq; creaturis omnibus,  
quantumcumq; nobiles sint, renun-  
tiare, & eas ex animo remove-  
re, si praestantissimum bonum  
illud, quod Deus est, percipere vole-  
mus. In vera abnegatione, tota  
perfectionis summa consistit: sine  
qua nemo proficere valebit, quoquo  
se verterit. Praestet nobis omni-  
potens Deus, ut indefesso conatu  
nos ipsos perpetim abnegare, mor-  
tificare, relinquere, resignare,  
exire, & nihilipendere

studeamus, A-

men.

\*\*

••

